EDVARDI LUIDII

APUD

Oxonienſes Cimeliarchæ Aſhmoleani

LITHOPHYLACII BRITANNICI

ICHNOGRAPHIA.

SIVE

Lapidum aliorumque Foſſilium Britannicorum ſingulari figura inſignium; quotquot hactenus vel ipſe invenit vel ab amicis accepit,

DISTRIBUTIO CLASSICA:

Scrinii ſui lapidarii Repertorium cum locis ſingulorum natalibus exhibens.

Additis rariorum aliquot figuris ære inciſis; cum Epiſtolis ad Clariſſimos Viros de quibuſdam circa marina Foſſilia & Stirpes minerales præſertim notandis.

Nuſquam magìs erramus quàm in falſis inductionibus: ſæpe enim ex aliquot exemplis Univerſale quiddam colligimus; idque perperàm, cum ad ea quæ excipi poſſunt, animum non attendimus.

Du Hamel.

LONDINI:

Ex Officina *M. C.* ↀIↃ IↃC XCIX.

EDVARDI LUIDII

APUD

Oxonienses Cimeliarchæ Asmoleani

LITHOPHYLACII BRITANNICI

ICHNOGRAPHIA

SIVE

Lapidum aliorumque Fossilium Britannicorum singulari figura insignitum; quam ex Bodenus vel ipse invenit vel ex [illegible]

DISTRIBUTIO CLASSICA:

Scriptis sui lapidarii Repertorium cum locis singulorum natalibus exhibens

Additis rariorum aliquot figuris [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

LONDINI:

Ex Officina M.C. [illegible]

ERUDITO IMPRIMIS VIRO

D. *MARTINO LISTER*,

DOCTORI MEDICO SCRIPTIS ET PRAXI CLARO,

SOCIETATIS REGIÆ SOCIO

ILLUSTRISSIMO;

MUSEI OXONIENSIS

POST IPSUM CUJUS NOMEN PRÆFERT

NOBILISSIMUM *ASHMOLUM*,

FAUTORI PRIMARIO;

BIBLIOTHECÆ IBIDEM PHYSICÆ ET ANTIQUARIÆ

FUNDATORI MUNIFICO;

FOSSILIUM BRITANNIÆ INSULÆ

INDAGATORI PRIMO ET FOELICI;

PRÆCEPTORI SUO INDULGENTISSIMO

ET

MECÆNATI ÆTERNUM COLENDO:

HANC QUALEMCUNQUE LITHOPHYLACII BRITANNICI

ICHNOGRAPHIAM,

OFFICII ET GRATITUDINIS ERGO

HUMILLIME OFFERT AC DEDICAT

EDVARDUS LUIDIUS.

PRÆFATIO.

INter tot Hiſtorias Naturales de quibus præſens & ultimò elapſum meritò gloriantur ſecula, cum nullam magis perfunctoriè tractari, quàm ea quæ Foſſilium eſt ſingulari figurâ inſignium advertiſſem; officium provinciâ meâ non alienum arbitrabar, ſi in hac Phyſiologiæ parte adornanda, ſubſecivas aliquot horas (prout res ferebat) collocarem. Me autem quò libentiùs id muneris ſuſciperem excitabant imprimis varii ſingularis figuræ Lapides, quos paulò antea Viri Clariſſimi Liſterus, Plotius *&* Beaumontius *in noſtra Britannia fœliciter detexerant. Adde inſuper quòd quæ* Plotius *invenerat, vel juxta Academiam reperta eſſent, vel ſaltem haud longo exinde intervallo; adeò ut horis vacantibus, nullo ferè negotio, Lapicidinas è quibus nova hæc Foſſilia eruerentur inviſere poſſem: nec quidem deerant pulcherrimæ ipſum etiam Inventorem (cujus in Muſeo Aſhmoleano tunc temporis vicem gerebam) in re aliquâ difficili conſulendi occaſiones. Rem itaque aggreſſus, ubi per tres aut quatuor menſes hujuſmodi Cimeliis exquirendis operam navaſſem, hoc ſtudium reliquis polydædalæ Naturæ Hiſtoriis,*

nihil

nihil minus jucundum; nihil magìs arduum, experiebar. Ex eo igitur tempore in hunc diem (quod annos jam quatuordecim complectitur) quantum per alia licuerit negotia, inchoatum Lithophylacium *paulatim exauxi. Ubi verò id tandem in molem aliquam crevisset; ne ea suis viribus rueret, necessarium duxi omnia hæc Mineralia sub variis Classibus disponere; eáque quæ vel à meipso, vel ab amicis ejusdem Studii cultoribus primùm inventa essent, toto genere antea ignota, novis vocabulis insignire, Recensionem itaque eorum Classicam tandem complexus, eam Amicis quibusdam Historiarum Naturæ peritis corrigendam tradidi; quam cùm perlegissent nec damnaverint, liberiori animo nunc publici juris facio. Locorum nomina ubi singula inventa fuerint, adjeci, eo consilio ut si fortè contigerit quòd in posterum Academicorum nonnulli, huic studio surrepta quædam à gravioribus negotiis intervalla dicaverint, rebus ipsis in hisce scriniis primùm examinatis; loca unde nos habuimus adeuntes, easdem in proprium usum, si libet, compararent. Quinetiam ut exteri hujus Laboris aliquem fructum caperent, insignium quorundam cujuscunque Classis Fossilium, icones exhibuimus: Epistoláque nonnullas quæ præcipuas nostras circa id genus Mineralia observationes continere videbantur, adjeci.*

Nihil morabuntur tot nova & inaudita antea vocabula, Historiarum Naturæ paulò peritiores. Iis siquidem satis notum, quòd quicunque novæ cujuslibet Scientiæ fundamenta jecerint, hisce novi necessariò excudendi erunt Termini. Linguarum novimus penuriam complurium Artium progressus remorari: &

quam-

quamvis primo auditu, Latinis auribus duriora ſonent hæc vocabula; pauxillum tamen temporis (ſicut in aliis quibuſcunque Scientiis obſervare eſt) eadem ſatis reddet familiaria. Mirabuntur proculdubio multi quòd chartulas eadem Foſſilia ſæpiùs iterando commaculem: eo tantùm nomine, quòd colore, magnitudine aut materiâ, aliiſve quibuſdam accidentibus diverſa videantur: vel etiam (quòd ſubinde accidit) non ob aliam rationem quàm quòd variis in locis reperta fuerint. Verùm hoc propter Lithologiæ Plaſticæ, *ſub noſtrâ ætate Infantiam conſultò factum eſt. Quamvis enim hæc in poſterum frivola omninò videbuntur, & præterneceſſaria; hodierno tamen tempore ſuum habent uſum & utilitatem; propterea quòd Curioſi quibus hujuſmodi Mineralium archivas in animo eſt comparare, videant quænam Foſſilia expectare poterint in hiſce quas ipſe rimatus ſum Fodinis: non eſt enim dubitandum ea quæ hodiè in quibuſcunque locis inveniuntur, in iiſdem aut vicinis per omnia ſecula inveniri poſſe: atque etiam præterea ut hujus* Lithophylacii *Foſſilia invicem conferendo, quibus notis diſcrepent & quibus conveniant, variis in locis reperta colligant, donec tandem hanc Scientiam ſenſim elimando, ad acmen aliquam perducant.*

Porrò rei mineralis ſtudioſos, qui vel Lithophylacia jam habent, vel eadem ornare cœperunt, opportunum duxi hoc in loco admonere, quod cum iis duplicata exemplaria libenter commutare velimus. Antequàm enim hocce meum Lithophylacium ad tantum perduxerim acervum (quamvis reſpectu eorum quæ poſteri cumulaverint minimum manipulum eſſe novimus) eadem loca ſæpiùs perluſtrare coactus ſum; quædam

uſque expectans, quæ antea non occurrerent Foſſilia: dum autem hæc nova indagaremus, non rarò ſeſe obtulere jamdudum reperta & notiſſima; quæ (cum ferè nihil magis temporis aut laboris exigeret) ſæpenumero colligere placuit; in hunc finem, ut Amicorum commodis aliquando inſervire poſſem. Hinc evenit ut aliàs decem, aliàs viginti aut plura plerarumque hujus Catalogi ſpecierum habeam exemplaria; adeò ut quoſcunque Numeros *Lector deſignaverit, ſi iis omnibus carere nequeo, accipiet nihilominus vel quæ iis congenera ſunt, vel (quod raro acciderit) deficientibus integris ſpeciminibus, eadem paulò mutilata: Quamvis neſcio an ante annum* 1700. *Itineribus eum finem imponam, ut* Oxonium *redux factus, hiſce excambiis vacare poſſim. Scias enim (Lector benevole) quoſdam* Cambriæ *Nobiles, cum aliis nonnullis iiſdem Studiis faventibus (rarâ quidem munificentiâ & quæ longè Eruditioris Viri induſtriam compenſare poſſet) ſalarium nobis annuum per quinquennium ſubſcripſiſſe, eo nomine ut hanc Regionem aliaſque nonnullas peragrando, aliqualem pro* Archæologia Britannica, *& ejuſdem* Cambriæ Etymologico Geographico *conſcribendis adquirerem ſupellectilem; nonnullaque Naturæ Curioſa inveſtigarem. Neque hic prætereundum quod eorum generoſæ Munificentiæ debeantur quæcunque cùm ad æſtuarium Sabrinianum, cùm per univerſam* Cambriam, *aut alibi locorum cis* Sabrinam *&* Devam *amnes, inventa præſens recenſeat Libellus. Quin & longe plura habemus in hac Regione reperta, quàm hiſce capſulis per otium inſerere licuerit; eò quòd jam per triennium propemodùm, prædictam patriæ Luſtrationem*

ſtrationem continuaverim; quamvis & hujuſmodi Foſſilium apud nos ſtatum magnâ ex parte ex adjectis Epiſtolis colligere poſſis.

Quæ hic exhibemus pleraque propriis manibus locis citatis collegi: quoad reliqua; à quibus ea acceperim amicis, ſemper adnotatum invenies: quòd non ideo me feciſſe intelligas, quaſi quicquam laudis, iis ex nominibus huic Catalogo inſertis effluiſſe crederem. Id tantum fecimus ad exemplar candidiorum hujus ſeculi Hiſtoriarum Naturæ Scriptorum; veritatis hiſtoricæ gratiâ; & ne quæ aliorum debentur Induſtriæ, pro noſtris immeritò accipiantur.

Siquis ad Æſtuarium Sabrinianum, vel alium quemvis locum hoc Tractatu laudatum ut memorata inveſtigaret, iter ſuſceperit; brevem hunc Catalogum (quod facili negotio poterit) percurrat, exſcribátque quæ ipſe ibidem invenerim: dein quæ reperiet, cum Nominibus hiſce & Tabellis invicem conferendo, quibus Titulis inſigniantur, niſi forſan ea noſtrum ſcrutinium evaſerint, ſtatim deprehendet. Verum hic monendus erit ne unius diei ſpatio ea ſe inventurum ſperaret quæ nobis longè pluris conſtabat temporis; quamvis multis adhibitis manibus abbreviari tempus poterit; & facilius ſit in hoc Studio *(ſicut & in reliquis Naturalium Hiſtoriis) res jam deſcriptas advertere quam inaudita invenire. Nonnulla quidem adeo inventu rara ſunt, ut quamvis in ipſis ubi habentur fodinis, per integram ſeptimanam quæſieris, vix tamen unum aut alterum reperies. Sabuleta Oxonienſia, ex. gr. quamvis centies ad minimum perluſtraverim, non ultra unam Gloſſopetram, duos aut tres Bufonitas*

& totidem Siliquaſtra invenire contigit; licet aliæ per Oxoniam & Bercheriam Fodinæ, eadem ſatis copiosè miniſtrarent. Verùm nihil eſt quod in hiſce immoremur; ea ſiquidem & ejuſmodi multa alia tantilli temporis Experientia (Scientiarum magiſtra, præceptoribus quibuſcunque anteferenda) Rei *ſtudioſos edocebit. Plures Foſſilium ſpecies in hac Synopſi, extra ſuum ordinem collocatas invenies: quod quidem ideò accidit, quod numeris ſignata omnia eſſent antequam Catalogum conſcripſiſſem. Neque reverà id multum morabamur; cum hìc de abſolutâ Effigiatorum Foſſilium methodo, ne cogitare quidem auſus fuerim. Talem ſolummodò Foſſilium meorum Catalogum qui ad Methodi Rudimenta viam ſterneret, proponere volebam.*

Terminorum quorundam quibus uſi ſumus explicatio addi poſſet, niſi & hoc præterneceſſarium videretur; cùm eos uſu & attentione facilè intelligant plerique Lectores. Cum Turbinitem, *ex. gr. hunc vel illum, aut* Pectinitem Spoliatum *dixerim, ſtatim colligent me materiem lapideam Turbine iſto aut Pectine incluſam, & à teſtis hiſce antequam abſumerentur effigiatam, velle: & quando de* Teſtâ *aliquâ* Cryſtallinâ *fit mentio, non dubitaverint quin* Fluorem *conchæ adinſtar effigiatum intellexerim. Quoad autem vocabula de novo excogitata; primis quibus occurrunt locis, quid ſibi velint plerumque innuebam.*

Nullus eſt dubitandi locus tritiſſimam eam de Marino-terreſtrium ortu, Quæſtionem quæ noſtra ætate tot Inſignium Philoſophorum ingenia exercuit; multis Phyſiologiæ ſtudioſis eouſque placuiſſe; ut de horum Foſſilium ſcriniis quæ pro re nata conſulent, exſtruendis,

ſtruendis, jam tandem cogitent. Pluriſque procul-dubio habebitur apud Eruditos Lapillorum quantumvis vilium contemplatio, quàm olim paſſa eſt eorum uſûs, elegantiæ & varietatis jucundiſſimæ Ignorantia. Veriſſimum enim eſt in tota OEconomia Minerali, non aliam dari majoris momenti Quæſtionem, magiſque etiam (prout videri poſſit) ſuperabilem: Nec minùs certum eſt ad controverſiæ Deciſionem, eò nos propiùs accedere, quò magis id genus Foſſilium cognoverimus Hiſtoriam. Cæterùm quamvis apud Eruditos (quod avertat Phyſica) ſuper ea re nunquam conveniret; harum rerum inexplicabilis varietas & elegantia cum non minus notabilis ſit & ſibi conſtans, quam Animalium Plantarúmque; earum etiam Duratio, utpote quæ, paucis exceptis, corruptelam dum in Capſulis ſervas, non patiuntur; & quòd ſine ullâ fere curâ aut moleſtia conſervari poſſint; latiſſima denique quæ in noſtro patet ſeculo (imo & per plura alia duratura eſt) Scientiarum ampliandi Area; ad excitandam Curioſorum Induſtriam abundè ſufficere videantur: quemadmodum Plantarum, Avium, Piſcium & Inſectorum Hiſtoriæ ſub hoc & præcedenti ſeculo eandem ſummâ cum laude exercuere. At nihil eſt quod Lectorem hanc Scientiam, cujus & uſum & amœnitatem jamdudum docuere Auctoritate & Scientia pollentes Viri, detineamus. Immodeſtiæ enim vel ſaltem Inſcitiæ meritò argueretur qui ullam Hiſtoriæ Naturalis partem Erudito orbi commendaret, quam olim excolebant percelebres Viri Conradus Geſnerus, Joannes Bauhinus, Fabius Columna, Imperatus, Aldrovandus, Kircherus, Wormius; *clariſſimíque noſtri quoque*

temporis

temporis Phyſici, Liſterus, Raius, Plotius; Wagnerus, Steno, Boccone, Hookius, Scilla, *aliique non pauci. Horum ſiquidem nomina* Lithologiæ Plaſticæ *dignitatem prædicarent, ſi non innato tandem valore, ſatìs ipſa eluceſceret; nec per ſe vendibilis, indigeat ejuſmodi hederarum corollis.*

Quod ad meos in eâ qualeſcunque conatus; non eſt in animo pro iis, ſicut pro ara & foco dimicare. Eos unicuique Lectori, libero cum arbitrio damnandi, poteſtatem facimus. Si enim in hoc & hujuſmodi Studiis minus eſt verſatus; ejus cenſura me nihil lædit: ſin autem idoneus Judex habeatur, æquum eſt ut quæ perperam ſcripta viderit, corrigat; & quæ nimis perfunctoriè aguntur pro poſſe ſuo ad umbilicum perducat: Neque eſt, cum humanum ſit labi, quod cujuſvis ſui lapſus pudeat pigeatve; dummodo ut rectà incedat haud ignavam operam adhibuerit.

Mongomeriæ, Nov. 1.
Anno 1698.

Elenchus.

Elenchus Classium.

CLASSIS

I. *Lapides Crystallini, iisq; affines,* Pag. 1.
II. *Lapides Corallini,* 6.
III. *Lithophyta,* 11.
IV. *Fossilia turbinata,* 15.
V. *Bivalvia fossilia,* 25.
VI. *Crustacea punctulata,* 44.
VII. *Fossilia tubulosa,* 59.
VIII. *Malacostraca, seu, Fossilia ad Crustacea forcipata referenda,* 61.
IX. *Ichthyodontes cuspidati,* 63.
X. *Ichthyodontes scutellati,* 69.
XI. *Xylostea, sive Ossa fossilia, &c.* 77.
XII. *Ichthyospondyli,* 82.
Fossilia effigiata anomala, sive incertæ Classis, 86.

EPISTOLÆ.

EPISTOLÆ.

I. *De Lapidibus Quibuſdam* Germaniâ *Acceptis. Ad D.* Auguſtum Quirinum Rivinum. Pag. 95

II. *De Encrino Lachmundi, Entrocho Agricolæ, Aſteria altera Staffordienſi Plotii; aliiſque rarioris Notæ lapidibus à Cumbriâ acceptis. Ad D.* Guilielmum Nicolſon. pag. 101

III. *Summarium Literarum V. C. D.* Richardi Richardſon *M. D. De Entrocho lapide, Conchitis & Lithophytis ſeu Plantis mineralibus agri Eboracenſis: de Bufonibus mediis Saxis incluſis, & depictis aliquot in Schiſto carbonariâ Inſectis.* pag. 106

IV. *De Aſteriâ & Belemnite. Ad Cl. V. D.* Joannem Archer, *M. D.* pag. 122

V. *Ad Ornatiſſ. V. D.* Tancredum Robinſon *M. D. in qua Quæſtionibus nonnullis circa marina Foſſilia & Stirpes minerales, reſpondetur.* pag. 117

VI. *De Foſſilium marinorum Mineralium origine. Ad Præclariſſ. V. D.* Joannem Raium. pag. 228

CLAS-

CLASSIS PRIMA.

LAPIDES CRYSTALLINI,

Iiſque Affines.

CAPS. I.

Cryſtallinorum *nomine intelligimus omnes Lapides multangulos, vitri ad inſtar nitentes: quales ſunt* Cryſtallus *propriè ſic dicta,* Iris Aldrovandi, Fluores *pleriq;* & Selenitæ. Cryſtallinis affines *dicimus qui ſplendoris Cryſtallini quodammodo participant; ſed angulis deſtituuntur: uti* ſtirias lapideas, Papillas ſpeluncarum, Talcum, Stalagmitas, *&c. Quot habemus utriuſque generis ſpecimina in eadem claſſe (eo ordine quo in noſtro ſcrinio reponuntur) liceat impræſentiarum recenſere.*

1. CRYSTALLUS maxima Britannica, octo uncias in ambitu colligens. Invenimus in Alpibus Arvoniæ, juxta lacum *Eynon Vrech*, non procul Eccleſiâ Divi Periſii. *

2. ——Ejuſdem ſpecimen quinque unciarum, ex monte Idriſii in Mervinia.

3. ——Eadem paulò minor, è valle Franconianâ in Arvoniâ.

4, 5. —E rupe Menevenſi in comitatu Penbrochiano.

6. Cryſtallus compreſſior mucrone ſeſſili. In Cambria boreali alicubi effoſſa eſt. Ex rhombis mucronalibus, unus ad extremum alterum adeò latus eſt & ſeſſilis, ut eidem innixus lapis immobilis ſubſtet.

7. Cryſtallus brevior & opacior ad Iridem Aldrovandi accedens. Hujus locum non memini.

8. Cryſtallorum minorum coacervatim tranſverſo ordine naſcentium, *maſſa*. Ex agro Maridunenſi in Cambria auſtrali.

9. Cryſtallus minor & vulgatior. Venedotiæ à rupe *Moel y Meirch* in parochia *Beth Kelert* juxta Alpes Arvonienſes.

10. Cryſtallus major Marmorea; ſive grandinis inſtar ſemiopaca. Invenimus in valle Divi Periſii in Arvoniâ.

11. ——Eadem cum penultima è rupe *Karn Vadrin* in eodem comitatu.

12. Cryſtallus minor Sabuletorum; ſive angulis magis obtuſis. Forma ei eſt longiuſcula; color quaſi electrinus. In Sabuleto Faringdonenſi apud Bercherianos (quamvis rariſſimè) invenitur.

13. Iris Aldrovandi, ſive Cryſtallus brevior *Iris* dicta, ex altero latere compreſſior. Juxta *Downham*, in agro Cravenenſi.

14. Iris minima Breconienſium. Ex monte *Banwch Denni* in Brechinia apud Cambros Auſtrales.

15. Iris vulgaris Adamas Briſtolienſium vulgo dicta. *In gemma menti Cryſtallini appuntati in ambe le parti, Imperati*, p. 644. *In ferrifodinis Briſtolienſibus copiosè invenitur hæc Cryſtallus: quamvis exemplaria echinophora, quale hoc noſtrum eſt, rariſſimè occurrunt. Aculeos autem iſtos in medio lapide, à communi centro undiquaque ſparſos, quod* Echinum *dicimus; nihil aliud quàm ferri mineram exiſtimo; cùm hujuſmodi capillamenta percuſſus magnes continuò exerat.* *

16. ——Eadem coloris anthracini, ibidem effoſſa.

17. ——Ejudem coloris, ex agro Cravoniano apud Eboracenſes.

18. Iris Briſtolianæ nonnihil ſimilis è Plumbifodinis Flintenſibus.

19. Cryſtalli cujuſdam Cambrenſis fragmenta.

20. Iris minima Briſtolienſium coloris Hyacinthini; ferri mineræ coacervatim adnaſcens.

21. Lapis ſpecularis teſſellatus, ſive HALOTESSERA è Plumbifodinis Derbienſibus.

22. FLUOR triquetrus electrinus. *Ichthyoſpermacio*, ſive lapidi ova piſcium referenti adnaſcitur. Ex lapicidina quâdam juxta *Woodcheſter* in agro Gloceſtrenſi.

23. Idem ex lapicidina Wottonianâ in eodem comitatu.

24. ——Ex plumbifodinis Mendippenſibus apud Somerſetenſes, cum lapidis ex quo oritur, fruſtulo.

25. Fluor ſebaceus ex iiſdem plumbifodinis.

26. Fluor pyramidalis Mendippenſis. *

27. Idem è plumbifodinis Dunfellianis in Weſtmorlandia, Metallariis *Dog-tooth Spar* dictus.

28. Fluor informis amethyſtinus. *From* Aulſton-*Moor in* Weſtmorland.

29. Fluor triquetrus colore pallido. Ex æſtuario Sabriniano juxta *Pyrton-paſſage* in agro Gloceſtrenſi. *

30. Fluor

30. Fluor pyramidalis pallidus. Ex vivario Cromwellensi in eodem agro.

31. Fluor racemosus, sive Botroides luteo colore infectus. *Ex Astroite lapide emergit.* Invenimus propè Oxonium in fodinis Bullingtonienſibus.

32. ——Idem coloris aluminati, *ibid.*

33. Fluor minimus triquetrus, *ibid.* Ex nautilo fossili oritur.

34. Fluor triquetrus instar fructûs Periclymeni coacervatus; per mediam longitudinem foramine insignitus. Invenimus in medio cujusdam Astroitis maximi conglobati, in lapicidina Stokiana, propè *Fritwell* in agro Oxoniensi.

35. Conchæ cujusdam fossilis facies interior, fluoribus triquetris clavellata. Ex Lapicidina Islipianâ.

36. Fluor triquetrus omnium minimus luteum Saccharum nonnihil referens. Ex puteo Chaulensi propè *Cumner* in agro Bercheriano.

37. Fluor minimus Saccharinus siliceus colore candido. In mediâ silice delitescit, juxta *Colingbourn* in Wiltonia inventâ.

38. Fluor minimus Saccharinus siliceus coloris flavi cum alio subrubente. Invenimus in compascuo *Bagdonensi* in eodem comitatu.

39. STIRIA fossilis sulphurea; sive STALAGMITES ochroleucus. *Berg-Drab* Norvegensium, seu Stalachtes Wormii. Ex lapicidinâ Burfordianâ. *Hujus lapidis* (*quamvis subinde stiriam referat*) *figura est admodum variabilis; pro conditione loci, ubi generatur. Differt autem Stalagmites à Fluore, quòd neque angulosus sit lapis, neque si fregeris, striatus.*

40. Stalagmitæ similis PSEUDOFLUOR striatus, *coloris est in pallido ochroleuci*, juxta *Radstoke* apud Somersetenses.

41. PSEUDOFLUOR instar linteaminis intertextus: seu Fluor textilis informis Colinburnensium. Fragmentum est lapidis majoris inter sata propè *Middle Collingbourn* in Wiltoniâ notissimi.

42. Stalagmites electrinus. Vodocestriæ apud Gloucestrenses.

43. Stalagmites Wottoniensis Malleolatus. Juxta *Wotton-under-edge* in eodem comitatu.

44. Stalagmites quasi vernice obductus splendens Sabrinianus. Ad trajectum Sabrinæ *Aust-passage* dictum, in littore citeriore.

45. Stalagmites crustaceus sulphureus. In quibusdam lapicidinis Nordhamtonensibus.

46. Stalagmites candidus vel subcinereus vulgatior. Ex speluncâ celeberrimâ *Woky-hole* dictâ in agro Somersetensi.

47. Stalagmites calamistratus Witneiensis. Hoc specimen non aliud esse suspicor quàm turbinem, aut strombum fossilem crustulâ crystallina obductum.

48. Stalagmites vernice obductus verrucosus. Ex fodinis plumbi, apud *Wenni-Park* in Glamorgania.

49. Stalagmites confragoſus candidus *Confetti di Tivolo* Italorum referens. Stalagtitis elegans ſpecies Wormii. E quodam fluvio (ſi rectè memini) in agro Gloceſtrenſi.

50. Stalagmites cereus, tubulorum in quibuſdam calculis marinis cavitates occupans. *The pip'd waxen Vein of Dr.* Grew *Muſ. Reg. Soc.* Sheppeiæ Cantianorum Inſulæ, in maris littore invenimus. *

51. —Idem à littore Lincolnienſi in Parochiâ *Skeggneſſe*.

52. Stalagmites congener pſeudo-fluor ſubfuſcus ſabuletorum. Ex Sabuletis Stantonianis in comitatu Oxonienſi.

53. Pſeudo-fluor candidus ſubluſtris ſabuletorum, *ibid.*

54. — Idem calculum ovatum quoad figuram, Belemnitem quadantenus materiam referens. Ex Sabuleto Hanburienſi.

55. Stalagmites parvus eburneus cylindroides. Faringdoniâ, unà cum aliis lapidibus attulit foſſor; an verò ibidem invenerit necne dubitabat.

56. Stalagmites mamillaris opacus. Ex cavernis Lan-Didnianis in Arvoniâ. *

57. —— Idem ex lapicidina Wottoniona apud Gloceſtrenſes.

58. ——Vernice fucatus ex ſpelunca Somerſetenſium *Woky-hole* dicta.

59. Stalagmitem mamillarem referens Fluor minimus perforatus. *Idem eſt non obſtante figurâ mamillari cum Fluore*, 36.

60. Stalagmites mamillaris verrucoſus. Propè Eccleſiam Tydnonis in agro Arvonienſi; ex cryptâ æſtivali peramœnâ Illuſtriſſ. V. Domini *Rogeri Moſtyn* Baronetti.

61. Stalagmites informis verrucoſus, ſubrubri coloris. *Ibidem.*

62. Stalagmites fluviatilis plurifariam effigiatus. Ex rivulo Maydwellenſi in Northamptoniâ.

63. In eadem cryptâ invenimus quâ 61. à quo fuſco colore tantum differt.

64. Stalagmites egeſtula ovina referens. Ex antro Workiano in Somerſetiâ.

65. Stalagmites coralloides major cinereus: ſeu Pſeudo-corallium minimum calcariis rupibus adnaſcens. E rupibus Lan-Didnianis in Arvoniâ.

66. Stalagmites coralloides ſubalbibus, minus elegantèr ramuloſus. Ex lapicidina Vodoceſtrenſi in comitatu Gloceſtriæ.

67. —— Idem ſublutei coloris, ex lapicidinâ Cumneriana quatuor Oxonio miliaribus.

68. Stalagmites albus coralloides minutè admodum coagulatus. Ex lapicidinâ Ondeliana in Comitatu Northamptoniæ.

69. —— Idem majuſculè coagulatus. Juxta *Hemnet* in eodem comitatu.

70. Stalagmites coralloides ſcrupuloſus ſubalbidus. Witneiæ.

71. Stalag-

71. Stalagmites coralloides farinaceus, Eſcharæ quodammodo ad inſtar reticulatus. Ex lapicidina Swingdonianâ in agro Gloceſtrenſi.

72. Stalagmites rivulorum, &c. Vide num. 62. Ex quodam fonte juxta civitatem Dunelmenſem.

73. Idem ex fonte Knasburienſi in comitatu Eboraci.

74. ADARCE Plotii Hiſt. Nat. Oxon. p. 126. Paſſim in rivulis Oxonienſibus, & Bercherianis.

75. SELENITES capillaris lamellatus vitreus. Ex quodam rivulo juxta *Snitterfield* in agro Warwicenſi.

76. Selenites rhomboidali Plotiano ſimilis durior; ſeu minùs ſciſſilis. E plumbifodinis Dunfellenſibus in Weſtmorlandia. Oxonienſi longè contumacior eſt; alioquin ei non abſimilis.

77. Selenites rhomboidalis Plotii. Alicubi in agro Northamptonenſi.

78. —— Idem è lapicidinis Heddingtonenſium propè Oxoniùm.

79. —— Specimina aliquot mediocria, minora, & quædam minutiſſima. Ibid.

80. Selenites minimus in argilloſis coacervatim proveniens. Ibid.

81. Selenites longiuſculus lamellam hexagonam conſtituens. Ibid. *

82. —— Idem ex puteo quodam argillaceo propè *Grantham* in agro Lincolnienſi.

83. Selenites craſſiuſculus major dodecaedros. Ibid. *

84. Selenites minor planovalis, marginè in aciem depreſſa. Ibid. *

84. b. Selenites minor Bidentulam referens. Ex Argilloſis Sabrinianis. Eſt autem Bidentula, in Echinis marinis quoddam oſſiculum, de quo in Claſſe Sextâ.

85. Selenites minor Hexagonus crenatus. A ripâ argillaceâ Cherwellenſi, Oxon.

86. Selenites maximus tabulatus. Ex argillâ Heddingtonianâ.

87. —— Idem Cantii alicubi effoſſus.

88. Selenites teſtaceus ex terra fullonica Aſpleiana in agro Bedfordienſi.

89 TALCUM inſtar ſeminis Sphondylii cum aliis figurâ & colore variis Magnetis Agricolæ. Invenimus in quodam fluvio ad radicem Montis Leganenſis v. *Mount Lenſter* in Hiberniâ.

90. Vide 82.

CLAS-

CLASSIS SECUNDA.

LAPIDES CORALLINI.

CAPS. II.

Corallinos *autem vocamus non tantùm* Corallia *foſſilia, ſed & omnes (cujuſcunq; generis) marinorum æmulos, quos ex terrâ eruimus: quales ſunt* Porus, Alcyonium, Millepora, Madrepora, Faſciculus mineralis, Columellus, Glomellaria Spongioſa, Branchiale, Ceration, Porpites Plotii, Fungites, Aſtroites, &c.

92. CORALLIUM foſſile exalbidum, pennam gallinaceam craſſum; ramulis aliàs pluribus, ſæpius binis aliàs amputatis. Ex lapicidinâ Witnienſi ſeptem Oxonio milliaribus.

93. ——Ejuſdem ſpecimen denſè ramuloſum; è ſabuleto Oxonienſi juxta ambulacra Academica. *

94. ——Aliud è fodinâ quâdam lapidum propè *Shipſton Sollers* in agro Gloceſtrenſi.

95. CORUS minimus reticulatuscoloris ſæpe albidi, nonnunquam rubiginoſi. E ſabuletis Faringdonenſibus apud Bercherianos. *

96. Corallium foſſile exalbidum minimum. E lapicidinis Etonenſibus in Wiltoniâ.

97. —— Idem ex lapicidina Cirenceſtrenſi in Comitatu Gloceſtriæ.

98. —— è fodina Desburienſi in Notthamptoniâ.

99. ALCYONIUM foſſile pertuſum rubiginoſum; pennam anſerinam craſſum. E ſabuleto Faringdonenſi. *

100. Corallium foſſile pumilum craſſiuſculum; furcatis, & obtuſis ramulis donatum. Ibid.

101 ——Ejuſdem varietas altera; è ſabuleto Coxalenſi Faringdoniæ vicino.

102. Al-

102. Alcyonii fossilis sub numero 98. Specimen, coloris albidi. Ibid.

103. Pseudo-corallium fossile pusillum, ramulorum loco tuberculis compositum. Ibid.

104. MADREPORÆ Imperati similis si non eadem. A quodam rustico accepimus qui locum natalem ignorabat.

105. Alcyoniis accedens Fasciculus: seu geniculatus lapis fasciatim manipuli frumentarii ritu coalitus; inter entrochos & alcyonia ambigens. An Virgultum corallinum Beaumontii Act. Phil. Lond. n. 150. fig. 26? E Cambriâ boreali accepit V. Cl. D. *J. W.* Collegii Jesu Socius.

106. Corallium fossile exalbidum, pennæ anserinæ crassitie, compressis ramulis donatum. A colle *Burlip-Hill* dicto, apud Glocestrenses.

107. An Madreporæ cujusdam fossilis furcatæ fragmentum? E lapicidinâ Boughtonensi in Wiltoniâ.

108. Corallii fossilis minoris albidi fragmentum furcatum. A Tumulo Islipiensi.

109. Columnetta Plotii minor furcatula; sive Columellus minor furcatus.

110. GLOMELLARIA SPONGIOSA. Pilulum quoddam est, offeæ substantiæ; pruni minoris magnitudine; foramine in medio pertusum. E fabuleto Faringdonensi. Potiùs Classis undecimæ quam hujus loci videatur.

111. Corallii cujusdam minoris subrubri fragmenta fossilia. *Burlip-Hill Gloc.*

112. CORALLINA fossilis capillaris. Ex lapicidina Witneiensi.

113. PSEUDOCORALLIUM fossile bacillinum, CERATION minus vulgare dictum. Ibid.

114. Corallium fossile subfuscum latiusculè compressum. Stunsfeldiâ.

115. BRANCHIALE ferruginosum, Fungis lapideis forsan adnumerandum. Ex puteo Chauleano propè Cumner in Bercheriâ. *Constat ex parvis lamellis, è fluore rubiginoso conflatis; cavitatum saxi parietes confertim (branchiarum ritu) occupantibus. Idem est quem Plotius Echinum minutum vocat.* Hist. Nat. Oxon. p. 108.

116. Branchiale aristatum; sive Pisciculi sceleton nonnihil referens. Ibid.

117. —Idem è fodinis Bullingtonensibus propè Oxonium.

118. — E lapicidinâ quâdam juxta *Stafford Grove.*

119. Branchiale aristato simile, undulatis setis destitutum. E fabuleto Faringdoniano.

120. Branchiali congener COLUMELLUS striatus: sive Bryoniæ radix lapidea Plotii. *Bullington Green.*

121. Columellus crassiusculus minutis stellulis subinde conspicuus. E lapicidinâ Garvordiensi.

122. Columellus fungum Niloticum Clusii nonnihil referens. Ex lapicidina Cowleanâ.

123. Columellus majusculus vulgaris, ramosus. Ex puteo Chauleano, in Bercheria.

124. —— Idem effossus, juxta Faringdoniam.

125. Colu-

125. Columellus major ſabuletorum, ramoſus aliàs, aliàs ſimplex. Ex ſabuletis juxta ambulacra Academica.

126. Columelli 122. ſpecimen ſimplex. Ex lapicidinis Bullingtonianis.

127. —— Idem Chawleiæ effoſſus.

128. Columellus minor ſtellatus, & faſciatus Staffordienſium. E fodinis Dudleianis apud Staffordienſes accepit D. *Woodward*.

129. Columelli majoris vulgaris ſpecimen, in Bercheriâ alicubi effoſſum.

130. Columellus plectriformis (ſeu plectrum gallinaceum referens) rubiginoſus. In vivario Cromwelliano apud Gloceſtrenſes invenit D.O. *Higgins*, LL.B. Muſ. Aſhmoleani olim Procuſtos.

131. Columellus medius rubiginoſus, è ferrifodinis Briſtolienſibus.

132. Columellus vulgari ſimilis arcuatus. E fodinis Baringtonianis apud Gloceſtrenſes.

133. Columello affinis ceratites major arcuatus prolifer. Ibid.

134. Columellus turbinatus albidus. Toceſtriæ in Northamptoniâ.

135. Columellus plectriformis cinereus. In fodinis Torpenhovianis Cumbrorum inter alia curioſa invenit. Clariſſ. Nicolſonus

136. Columellus turbinatus minor ſubalbidus. Cantio accepit D. *Woodward*.

137. Columellus turbinatus albus cretaceorum. E fodinis cretaceis in agro Cantiano.

138. Columellus ficoides ſabuletorum. In Sabuletis Oxonienſibus ſed rariùs. Non aliud videtur quam *Turbinatus* fortuitò compreſſus.

139. Columellus tuberoſus ſubluteus, vel potiùs rubigine infectus; è rupibus calcariis Cambriæ. Juxta Lhan Didno in Arvoniâ.

140. —— Specimen è fodinâ quâdam glareoſa propè Frampton in agro Gloceſtrenſi.

141. Columellus turbinatus ſabuletorum. In ſabuletis juxta ambulacra Academica.

142. PORPITES Plotii elatior. E ſabuleto Hanburienſi. Hujus lapidis (qui columellus quidam eſt orbiculatus) figuram & deſcriptionem vide apud Plotium Hiſt. Nat. Oxon. p. 139. Tab. 8. N. 9.

143. Porpites major & compreſſior, ſtriis nigris rarioribus donatus. Ex lapicidinâ quâdam Witneienſium.

144. Idem paulò compreſſior è ſabul. Oxon.

145. Idem cum 140. E ſabuletis Stantonianis.

146. Porpites minor, ſive vulgatior minoris fibulæ modiolum referens.

147 —— Idem è fodinis Witneienſibus.

148. —— E ſabuletis Oxon.

149. Porpites major rotularis luteus, ſtriis ſubtùs penitus deletis. E ſabuleto quodam Stantoniano.

150. Porpites compreſſus ruber. E ſabuleto Wolvercotiano altero ab urbe lapide.

151. Porpites minor nummularis; ſive complanatæ pro-

pemodum

pemodum figuræ. Ex Sabuleto Cricladenſi in Wiltonia.

151. ——Ejuſdem Specimen minus & elegantius è Sabuleto Stantoniano. *.

152. Porpites nummularis minimus; è medio Saxo apud Garvordienſes erutus.

153. Porpites clypeatus ſive compreſſior, vulgaris albus. E lapicidinâ Hemnetianâ apud Northamptonenſes. A lapide 146. colore albo tantum variat.

154. Porpites compreſſior ſordidus, ſtriis altius exaratis. *Cockerley-Hill* apud Gloceſtrenſes.

155. Porpites ſordidus nummularis; è lapicidina Uptonianâ propè Burfordiam.

156. ——Idem elatior. Ibid.

157. Porpites undulatus littoralis: ſeu Porpitæ congener FUNGITES cinereus, Humberianus, gyratim ſubtùs undulatus. Ad pagum *Whitton* in littore Humberiano, apud Lincolnienſes.

158. Porpitæ aliquatenus affinis RADIATULA. Wiltoniæ in Sabuleto Cracladienſi. Porpitarum plurium monſtroſa quædam congeries videtur. *.

159. Columello congener lamina quædam imbricata; ſive UNDULAGO. E fodinis Bullingtonianis, ſi rectè memini.

160. MILLEPORA *Imperati*, p. 720. Sive Aſtroites ligneus elegantior, ſtellulis totam maſſam permeantibus. Ex æſtuario Sabriniano juxta *Pyrton-Paſſage* in Comitatu Gloceſtriæ. *. *Quam dedimus figura, fragmenti eſt non juxta faciem ſtellatam, ſed huic planè contrariam, expoliti.*

161. Aſtroites Cryſtallinus, ſive Fluor pellucidus Artlburienſis, ſtellatâ ſuperficie inſignis. E lapicidinâ Artlburgenſi in Northamptoniâ.

162. Aſtroites tertius Plotii Hiſt. Oxon. p. 88. Juxta Enſton in agro Oxonienſi, & vicinos pagos non admodum rarò occurrit.

163. Aſtroites quartus Plotii Tab. 2. fig. 7. E fodinis Bullingtonianis.

164. Aſtroites Sabuletorum ejuſdem, p. 130. T. 8. n. 2. E Sabuletis Stantonianis. Noſtrum ſpecimen calculus quidam eſt cœruleus laminaris utrinque ſtellatus.

165. PORUS ligneus fabaceus Sabuletorum, Ibid. Hic lapis ligneæ, vel etiam oſſeæ ſubſtantiæ; phaſeoli cujuſdam Semen exprimens; ab hâc claſſe proſcribendus videtur.

166. Aſtroititis Sabuletorum Plotii ſpecimen figuræ Hemiſphæricæ; è Sabuleto Laſſingtonienſi prope Gloceſtriam.

167. Aſtroites pyxidatus, ſeu favaginoſus Sabuletorum. In Sabuletis Oxonienſibus invenimus; ſed rarius occurrit. *.

168 ——Ejuſdem ſpecimen in calculo cœruleo, ex Sabuleto Stantonienſi.

169. Vide 164. E Sabuletis Oxonienſibus.

170. ——Specimen eburneum obliteratis propemodum aſteriſcis. In Sabuletis prope *Stanton-Harcourt* ſubinde occurrit.

171. Aſtroites prominulus minor Plotii Hiſt. Oxon. T. 2. n. 5. E Tumulo Iſlipiano.

172. Aſtroites Radiatulæ ſimilis Iſlipianus. Cum priore. Vide Num. 158.

173. Aſtroites prominulus major Plotii Hiſt. Ox. T. 2. f. 4. E fodinis Bullingtonianis.

174. ——Prominuli minoris ejuſdem ſpecimen, Bullingtoniæ etiam effoſſum. Vid. 171.

175. Aſtroites ramoſus minor ſtellulis denſiùs ſtipatis; ſive ramoſus albidus Coralloides. Ex tumulo Iſlipiano.

176. Aſtroitæ congener RADULARIA cretacea. E puteis cretaceis juxta *Aſhton-Rowant* in agro Oxonienſi. *

177. Aſtroites Sabuletorum altiuſcule radiatus. E Sabul. Oxon.

178. Aſtroites major complanatior ſtriis diſtinctiùs exaratis. Bullingtoniæ ſed rariùs.

179. Maſſa arenaria marinorum quorundam vermium nidulis tubuloſa. A littore Lan-Didniano, in Arvoniâ.

CLAS-

CLASSIS TERTIA.

LITHOPHYTA.

CAPS. III.

Lithophytorum *titulo inſigniri voluimus omnia foſſilia, Plantarum quaſcunque partes referentia. Ex iis autem quæ ad manus noſtras hactenus pervenere duum præcipuè ſunt generum :* Folia nimirum mineralia *in Schiſto Lithanthraci proximè incumbenti paſſim obvia, &* Lignorum *fruſtula lapidea in arenoſis Angliæ mediterraneæ non admodum rara. Fructuum quidem oſſiculis non abſimiles lapillos aliquoties vidimus; ſed quia rariſſimi ſunt, an huic claſſi meritò accenſeri poſſint nonnihil dubitamus: quamvis duo vel tria ſpecimina eidem impræſentiarum ſubjunximus.*

180. EPIPHYLLOSPERMA Mineralis, Scutellata, Phyllitidis folio quatuor ad minimum nervis inſignito. Inauditæ hujus plantæ figuram vide apud Camdenum Gibſonianum, pag. 695. E fodinis Carbonariis Nobiliſſ. Viri D. *Evani Evans* de Eaglesbuſh in Glamorgania, Armigeri.

181. FILIX fœmina mineralis Glamorganenſium, *Ibid.*

182. Polypodium minus minerale pinnulis denſiùs diſpoſitis. Utriuſque iconem apud Camdenum loco citato exhibuimus.

183. Polypodium minerale, Lonchitidi majori accedens, *Ibid.*

184. Filix Mineralis mari non ramoſo ſimilis: pinnulis obtuſiùs mucronatis. E fodinis Carbonariis

bonariis Actonenſibus in Comitatu Gloceſtriæ.

184. Ignota planta mineralis NEUROPHYLLON carbonarium dicta. E fodinis ad *Rhôs lhannerch 'rygog*, propè Wrexhamiam apud Denbighienſes.

185. An foliorum quorundam mineralium pediculi compreſſi? *Ibid.*

186. LITHOPTERIS fœmina Gloceſtrenſis, Trichomanis pinnulis longioribus. E Carbonariis Denenſibus. *

187. —— Eadem è fodinis Mendippenſibus in Sommerſetiâ.

188. Filix florida Mineralis ſive LITHOSMUNDA Cambrobritannica. E fodinis Glamorganenſibus ſuperiùs dictis. *

189. Lithoſmunda minor; ſive Oſmunda mineralis pinnulis brevioribus denſiùs diſpoſitis. E Carbonariis Denenſibus apud Gloceſtrenſes. *

190. PHYLLITIS mineralis. *Ibid.* *

191. TRICHOMANES minerale foliis integris mucronatis. E carbonariis juxta *Leeſwood* in agro Flintenſi.

192. Vide 189. Ex iiſdem fodinis Flintenſibus.

193. Lithopteris Leptophylla; ſive Filix mineralis longioribus & anguſtis foliis. E fodinis Sylvæ Regiæ juxta Briſtoliam.

194. Vide 189.

195. Eadem ex ericeto Cromwelliano in agro Gloceſtrenſi.

196. Lithoſmunda minor Buxifolia in minera ferri inſculpta. Alicubi in agro Salopienſi effoſſa eſt.

197. Trichomanes minerale longifolium ſive Lithotrichomanes longioribus foliis integris donatum. E carbonariis Denenſibus. *

198. Lithotrichomanes vulgari ſimile pinnularum ordinum alio ſurſum, alio deorſum ſpectantibus. Ex puteis Mendippenſibus, an Actoniæ in Comitatu Gloceſtriæ, jam non occurrit.

199. Lithophyllon ſinuatum facie arundineâ, ſive STRIATULA carbonaria. Ex puteis Actonenſibus.

200. An caulis cujuſdam plantæ mineralis? E puteis Denenſibus.

201. APARINÆ denſiùs foliatæ æmulum, Lithophyton radioſum. E fodinis Glamorganenſibus ſuperiùs dictis. *

202. RUBEOLA mineralis. E fodinis Actonenſibus. *

203. Lithophyllon atronitenti facie politiſſimum. CORUSCATULA dictum. *R'hôs Lhannerch 'rygog* in agro Denbighienſi. Eraſa hujus ſplendenti Vernice, quod ſtriatulam carbonariam ſuperius diximus Lithophyton conſpicitur.

204. Lithophyllon gelaſinis quibuſdam ſalebroſum, MALLEATULA dictum. *Ibid.*

205. Malleatula minor ſive Squamoſa. *Ibid.*

Capſ.

CAPS. IV.

206. VIde, 188. *Ibid.*

207. —Idem, cum 203. *Ibid.*

208. Malleatula piſciformis, ſive LEPIDOTES Plotii. Hiſt. Nat. Oxon. Tab. 3. n. ii. E carbonariis Warwicenſibus, unde Carbones in uſum Collegii Magdalenenſis, utplurimum advehuntur.

209. Lepidotes lacunatus. E carbonariis quibuſdam ad *Pentre-Lhudw* in Monâ inſula. *Hos lapides quamvis dubiæ ſint claſſis* (ut & *omnes forſan malleatulæ*) Lithophytis *impræſentiarum quòd unà cum iis inveniantur, numeravimus.*

210. LITHOGLOSSUM Kidlingtonenſe. E lapicidinâ Kidlingtonianâ quinque Oxonio milliaribus.

211. LITHOXYLON ſciſſile (ſive tegulatum) ex albo, & caſtaneo verſicolor, Stalagmite refertum. Ex arenoſis Aſpleianis in agro Bedfordienſi.

212. Lithoxylon tabulatum rubiginoſum. Hujus loci natalis non memini.

213. Lithoxylon confragoſum Faringdonenſe rubigine infectum. E fodinâ quâdam Sabuli juxta Faringdoniam.

214. Lithoxylon luteum *ſordidum*, ſive Ochram referens Cirenceſtrenſe.

215. Lithoxylon ſtriatum atrorubens, &c. *Ibid.*

216. Lithoxylon album ſuſcitabuli, ſive ligni incendiarii æmulum. Ex arenoſis Marchamiæ lapicidinis.

217. Lythoxylon cryſtallinum; ſive ex fluore Belemnitæ adinſtar ſtriato, conflatum; exterius rubiginoſum. *Ibid.*

218. Lithoxylon atrorubens nitidum, Antimonii ad inſtar ſtriatum. *Ibid.*

219. Lithoxyla eadem cum Marchamenſibus jam dictis è fodinâ Baſiſleianâ.

220. Lithoxylon teres fuſcum, ſive paxillare inter ligna & oſſa foſſilia ambiguum. Marchamiæ.

221. Lithoxylon rubiginoſum venis nigris diſtinctum, &c. E lapicidinis Byfeldianis apud Northamptonenſes.

222. Lithoxylon fuſcum pulverulentum. E fodinâ Aſhleanâ in eodem comitatu.

223. —Idem ex lapicidinâ Cowleanâ propè Oxonium.

224. Vide 217. E fodinis Witneienſibus.

225. Lithoxylon fuſcum fluoribus minimis refertum. Ubinam inventum non memini.

226. Lithoxylon fuſcum Sabrinianum Selenite ſaturatum. Ex littore Sabriniano ad pagum Frethern in Comitatu Gloceſtriæ.

227. Lithoxylon exiguum ferrugineum Cuneolum referens. Witneiæ.

228. Lithoxylon Sabrinianum ligno quercino æmulum. Ex æſtuario Sabriniano ad Trajectum Pyrtonenſe.

229. Li-

229. Lithoxylon anthracinum vitriolatum. Ex lapicidina Kidlingtonenſi propè Oxonium.

230. Lithoxylon Gagati æmulum littorale. Ex agro Lincolnienſi.

231. Lithoxylon textile, ſive reticulatum capillare, Sabuletorum. Ex Sabuleto Framptonienſi in Gloceſtriâ.

232. Lignum ſtupoſum, ſive pumiceâ raritate leviſſimum. Unde habui jam non memoriæ occurrit.

233. PRUNELLARIUM (ſive lapis pruneoli oſſiculum referens) majus. E lapicidinis Stunsfeldianis apud Oxonienſes. *

234. ——Ejuſdem ſpecimen minus. *

235. Prunellarium minimum longiuſculum. *

CLASSIS

CLASSIS QUARTA.

FOSSILIA TURBINATA.

CAPS. V.

Quæ hic Turbinata audiunt ſunt vel Conchylia tortuoſa (qualia ſunt Cochlea, Buccinum, &c. *ſubterranea ;) vel lapides ad eorum imagines effigiati. Horum autem ut & Bivalvium foſſilium, immenſam copiam Anglia ſuppeditat ; quod ex Scriptis Doctiſſimorum Virorum, & ab Hiſtoriâ naturali egregiè merentium D. Martini Liſter, & Roberti Plotii jamdudum innotuit. In hoc autem genere perquam notabilis eſt Nautilorum foſſilium qui Ammonis* Cornuum *nomine notiſſimi ſunt, inexplicabilis varietas : cum tamen nulla ſpecies Nautili propriè ſic dicti, (h. e.* Cochlea caudâ in os ampliſſimum gyratâ, Spiris intùs densè cameratis) *in Oceano Britanniam alluente, hactenus comparuerit. Ab hiſce igitur cum adeò numeroſi ſint ; & teſtaceorum foſſilium quotquot nobis invenire licuit maximi, exordiemur.*

236. NAUTILITES coticularis (ſive Ammonis cornu inſtar cotis gyratilis) tuberoſus, luteus major. Ex lapicidina Marchamenſi.

237. ——Ejuſdem lapidis articuli ſoluti. *Ibid.*

238. ——Ejuſdem ſpeciminis minoris fragmentum. *Ibid.*

239. ——Speciminis majoris calcinatâ teſtâ cooperti, Fruſtula. Ex

Ex puteo carbonibus eruendis deſignato juxta *Pyrton* in agro Wiltonienſi.

240. Nautilites coticularis minor, tuberculis clavellatis donatus. E lapicidinâ quâdam in agro Cumneriano quatuor Oxonio milliaribus.

241. ——Idem juxta *Radſtock* apud Somerſetenſes effoſſus.

242. Nautilites compreſſior undiquaque tuberoſus; vitriolo ad ſolutionem uſque ſaturatus.

243. Nautilites coticulari accedens coſtellatus, ſive Ammonis cornu criſtatum majus. A littore Sabriniano juxta Frethern in agro Gloceſtrenſi.

244. Nautilites coſtellatus compreſſior. Alicubi in agro Warwicenſi.

245. Nautilites rhombellatus, ſubcraſſus minor: ſive Hammonis cornu è minoribus Girgillum funiculo circundatum, referens. Ex lapicidinâ Byfeldienſi in Northamptoniâ.

246. Nautilites rhombellatus (vel etiam criſtatus) compreſſior. Ad trajectum æſtuarii Sabriniani *Pyrton-paſſage* dictum apud Gloceſtrenſes.

247. ——Idem juxta *Watchet* in Somerſetiâ effoſſus.

248. Nautilites rhombellatus ſubcraſſus major. Juxta Boughton in agro Northamtonenſi. In hoc ſpecimine teſtulæ quædam reliquiæ adhuc ſuperſunt.

249. Nautilites jubatus, ſive criſtatus minor diſcinctus. In littore Sabriniano ad Trajectum Pyrtonenſe. Diſcinctum diximus quod funiculo aut ſpirella criſtatos pleroſque circumambiente, deſtituetur.

250. Nautilites compreſſus umbilicatus undulatis ſtriis parùm eminentibus. Byfeldiæ in Northamptoniâ.

251. Nautilites compreſſus medius coloris hepatici. Ex quâdam lapicidinâ juxta *Cornbury* in agro Oxonienſi.

252. Nautilites criſtatus medius ſuturis foliaceis conſpicuus. Invenimus juxta Alderley apud Gloceſtrenſes.

253. — Idem ſuturis minus conſpicuis notatus. *Calloway Bride Wilts.*

254. Nautilites rugoſulus trochleatus; ſive modiolaris ad marginem declivis; ſtriis denſis parùm eminentibus exaratus. *Ibid.*

255. Nautilites acuminatus (ſive diſcoides) ſuturis foliaceis inſignitus major. Juxta Alderley apud Gloceſtrenſes.

256. ——Ejuſdem varietas craſſior ex arvis *Duzleanis* in eodem comitatu.

257. Nautilites compreſſior (acuminato accedens) undulatus maximus. Byfeldiæ in Northamptoniâ.

258. Nautilites acuminatus, ſive diſcoides minor. Ex lapicidinâ Kidlingtonianâ.

259. Nautilitæ cujuſdam majoris facies interior, crebris loculamentis cryſtallinis camerata. Ex lapicidina Marchamenſi. *

260. Lapis Nautilitæ criſtati fruſtuli matricem exhibens. Juxta Faringdoniam.

261. Naut-

261. Nautilites acuminatus, ſive diſcoides minimus cinereus. Ex argillaceis Boughtonenſibus in comitatu Northamptoniæ.

262. ——Idem rubiginoſi ex albido coloris, è lapicidina Kidlingtonianâ.

263. Nautilites minimus diſcoides, criſtato accedens, in ambitu crenatus. E fodinâ quadam in arvo Cumneriano. *

264. ——Idem è fodinis Marchamenſibus.

265. Nautilites minimus diſcoides acie in ambitu prominulâ. E fodinis Byfeldianis.

266. Nautilites minimus diſcoides in ambitu clavellatus. Oxonii in puteis argillaceis in Parochiâ Divi Petri in Oriente; ſed rariùs occurrit.

267. ——Ejuſdem ſpecimina clavis, ſeu tuberculis marginalibus carentia. *Ibid.*

268. Nautilites minimus acuminatus, undulatis ſtriis bifidis aciem trajicientibus. *Ibid.*

269. ——Idem ex argilleto Cherwelliano, è regione Collegii Divæ Magdalenæ.

270. ——in ambitu latiuſculum ex argilleto Aſpleiano apud Bedfordienſes.

271. ——teſtâ ſuâ candicanti nondum exutum. Ex argillâ cujuſdam fodinæ lithanthraci eruendo deſtinatæ, juxta Pyrton Wiltonienſium. *

272. Nautilitæ 268. articuli ex latomiis Heddingtonenſibus propè Oxonium.

273. Nautilites minimo diſcoidi accedens Humberianus; ex fluore ſubluſtri conflatus. Invenimus in littore Whittoniano apud Lincolnienſes.

274. Nautilites minimus degener; ſive Sabuletorum calculorum inſtar, terſum & levigatum. In Sabuletis Oxonienſibus ſubinde occurrit.

275. Nautilites lamellatus margaritarius: ſive argenteus tenuiſſimus *Colæi.* propè *Watchet* in littore argillaceo inter alia rarioris notæ, invenit CL. V. D. Guilielmus Cole civis Briſtolienſis, ob ditiſſimum Cimeliorum Naturæ Gazophylacium, quàm meritò celebris.

CAPS. VI.

276. NAutilites complanatior ſubcraſſus ſtriis altioribus in ambitu bifidis, vel trifidis donatus. Ammonis cornu ſtriis lateralibus verſus ambitum furcatis Liſteri Anim. Angl. p. 210. In arvis Gazingtonenſibus ſubinde occurrit. E majoribus eſt duos pedes in ambitu complectens.

277. Ammonis cornu maximum ſtriis crebris in ipſo ambitu parum eminentibus, aliiſque utrinque ad latera raris, craſſis, elatis Liſter. p. 205. Ex lapicidinâ Cowleanâ tribus Oxonio milliaribus.

278. Nautilites minor, ſive medius, complanatior; altiùs umbilicatus. E fodinâ quâdam lapidum ad ripam Avonæ juxta *Callaway-Bridge*, in agro Wiltonienſi. *

279. Nautilites medius complanatior ex æſtuario Humberiano. Ad Pagum Whitton in comitatu Lincolniæ.

280. ——Idem ex argillaceis propè *Boughton* in Northamptoniâ.

281. Nautilites mediùs complanatior crebriùs ſtriatus. Ex lapicidinâ Byfeldianâ in eodem comitatu.

282. Nautilites complanatus è minimis; ſtriis denſis; gradatim umbilicatus. Propè *Wotton under Edge*, in agro Gloceſtrenſi.

283. ——Idem ex latomia Barringtonianâ.

284. Nautilites minimus rugoſus, ſubcraſſus; ſive anguicularis exiguus, crebro, & altiuſculè ſtriatus. Ex argilleto Cherwelliano.

285. Nautilites craſſus perexiguus torquatus; ſive dorſo duabus tæniolis circundato. *Ibidem.*

286. ——Idem ex puteo quodam in Parochiâ Divi Petri in Oriente Oxon.

287. ——Idem diſcinctus; ſive nullâ tæniolâ faſciatus, coloris rubri. Ex æſtuario Sabriniano ad trajectum Pyrtonenſe.

288. ——Idem cum 281. vitriolo ſaturatus. Alicubi in Northamptoniâ.

289. Nautilites minimus ſubcraſſus Sabuletorum. *Hujus lapidis ſtriæ penitùs obliterantur; quod & aliis conchyliorum nucleis qui in Sabuletis inveniuntur, plerèque accidit.*

290. Nautilites medius ſtrigoſus; ſive ſulcis raris altioribus dorſum latiuſculum trajicientibus. *Hujus Nautilites fragmentum ſolummodo habeo (propè Enſtoniam ſi rectè memini effoſſum) cui teſtæ margaritaceæ reliquiæ adhuc ſuperſunt.*

291. Nautilites perexiguus clavellatus. Ex argilleto quodam juxta ambulacra Academica. *Quatuor aut quinque clavellorum ordinibus in ambitu inſignitur.* *

292. Nautilites modiolaris; ſive conglobatior majuſculus, rotæ modiolum referens. Ad ripam Avonæ juxta *Callaway-Bridge* in Wiltoniâ. *

293. Nautilites modiolari accedens minor & compreſſior. *Ibid.*

294. Nautilites buccatus lævis depreſsè in ambitu lacunatus. Nautilo vulgari variegato accedit: unde ab ore ampliſſimo buccatum diximus. Ex lapicidina Cowleanâ propè Oxonium; ubi tamen rariſſimè occurrit.

295. Nautilites buccatus clavellatus minor, ex puteis cretaceis propè *Aſhton-Rowant* in agro Oxonienſi.

296. Nautilites buccatus minor, rugoſus; undique clavellatus ex argilloſis juxta Faringdoniam. *

297. Nautilites cataphractarius, ſive buccatis congener longiuſculus loricatus. Ad pontem Callavianum in Wiltoniâ. *

298. Nautilitæ acuminati, coloris anthracini, & aliorum quorundam articuli ſoluti. In Sabuleto Faringdonenſi ſatis vulgares ſunt. primâ facie animalium quorundam vertebras referre dixeris.

299. Nau-

299. Nautilitæ ejuſdem acuminati, articuli ſublutei; ex lapicidinâ Cumnerianâ.

300. Nautilitæ cujuſdam complanati (ſeu ſpiris teretioribus) majoris; articulus ſulcatus. E Sabuleto quodam in vivario illuſtriſſimi comitis Bedfordiæ.

301. ——è lapicidinâ Sandfordianâ in agro Oxonienſi.

302. Nautilitæ cujuſdam fragmenta longiuſcula ſtrigoſa. Ad trajectum Pyrtonenſe in Gloceſtriâ.

303. Nautilitæ articulus Melitenſibus *Capo di Gatto* dictus. Ex Melite inſulâ redux, attulit CL. *Raius*.

304. Articuli felino capiti Melitenſium ſimiles perexigui. Merſtoniæ apud Northamptonenſes.

305. Nautilitæ terſi è minoribus articuli, Northamptonenſibus *Grub-ſtones* dicti.

306. Nautilitæ cujuſdam minoris Proplaſma. Alicubi in Northamptoniâ.

307. Ignoti cujuſdam Nautilitis diſcoidis, ſegmentum eburneum, pectinatum. E puteis carbonariis juxta *Longſhipping* in agro Pembrochienſi.

308. Nautilitæ cujuſdam majoris fragmentum, echinatâ teſtâ coopertum. A colle Burlippiano apud Gloceſtrenſes.

309. Nautilitæ cujuſdam *medullæ tubularis* fragmentum. E fodinâ Cowleanâ.

310. ——Idem è Sabuleto Faringdonenſi.

CAPS. VII.

311. NERITA foſſilis (ſive NERITITES) maximus umbilicatus. Ex lapicidina Baſiſleianâ quatuor Oxonio mill. Triuncialis ad minimum eſt in ambitu.

312. ——Idem teſtâ cryſtallinâ (ex fluore enim conflatur) ſpoliatus. Ex lapicidinâ Cumnerianâ.

313. Neritæ vulgaris ex fuſco virideſcentis, &c. *Liſteri* imago lapidea. E fodinâ Baſiſleienſi in Bercheriâ. *Inter plurima hujus lapidis ſpecimina, mirabar unum fuſco colore, alterum aurantiaco neritam marinum vulgarem æmulari.* *

314. ——Idem ex latomiis Barringtonenſi.

315. Neritites minimus candidus. E fodinis Witneienſibus.

316. ——E fodinâ Toceſtrenſi in Northamptonia.

317. Neritites perexiguus fuſcus. E lapicidinis Barringtonianis.

318. Neritites major ſpoliatus cochleæformis; ſive Neritites cochleatus Sabuletorum. Ex Sabuletis Oxonienſibus juxta ambulacra publica.

888. —— E lapicidinâ ad ripam Avonæ in Wiltoniâ ſæpius memoratâ.

889. — Va-

889. —Variæ accretionis, è lapicidinis Witneienſibus.

890. —Tenuiora, coloris anthracini, è fodinis Byfeldianis.

891. —Spoliata confragoſa, è ſabuleto Faringdonenſi.

892. —Spoliatum marmoreum, è ſabuletis Oxonienſibus.

893. — Spoliatum ſeſſile, minùs expolitum è lapicidinâ Brillianâ.

894. — Spoliatum minus, canaliculatum; Barringtoniæ effoſſum.

895. Mytiloides ſpoliatus major, ad *pinnam* paulatim accedens. Juxta *Market-Harborough* in Northamptonia.

896. Mytiloides longiuſculus anguſtior, argutè admodum undulatus, coloris fuſci. Ex æſtuario Humberiano. *

897. Mytiloides ſpoliatus longiuſculus compreſſior, ſeu mucronatus major. *Bullington-Green.*

898. SOLENITES minor altiuſculè ſulcatus. Paſſim in lapicidinis & ad viarum margines juxta *Wotton-Under-Edge* in Gloceſtriâ.

899. — Idem è fodinis Witneienſibus.

900. Solenitæ aliquatenus affinis MYTILOPECTUNCULUS lapideus: ſeu potius Mytiloides ſoleniformis pectunculorum inſtar ſtriatus. E fodinis Cowleanis.

901. Solenites major litoralis fuſcus ad concham fuſcam longiſſimam Liſteri accedens. In litore Sabriniano juxta *Pyrton-Paſſage*; an Humberiano ad pagum *Whitton* collegerim, incertus ſum.

902. — Idem ex rivulo Merſtonenſi in Northamptoniâ.

903. Solenites mucronatus, ſeu Os ſepiæ omnino referens. E lapicidinis Cowleanis.

904. — Ejuſdem ſpecimen minus teſtæ interiorem faciem exhibens. *Ibid.*

905. —Specimina ſpoliata. *Ib.*

906. Solenites arquatus major. E fodinis Garvordianis in Bercheriâ.

907. Conchites inter ſolenem & pinnam ambigens; à commiſſurâ plurimis crenis majuſculis inſignita CRENATULA dictus. *

908. Solenites ſtriatus quadrivalvis, ſeu ſolenites QUADRELLA dictus. Ex rivulo Merſtonenſi in Northamptoniâ. *

909. BALANO foſſili an potius Patellæ congener QUINQUEVALVULA. Unum tantum ſpecimen (nec memini an à litore Sabriniano an Humberiano) hactenus invenire contigit.

CLASSIS SEXTA:

CRUSTACEA PUNCTULATA *complectens*: h: e. *Echinorum & Stellarum genus, aliáque Foſſilia ad eoſdem quocunque modo ſpectantia.*

CAPS. XV.

Eſt autem Echinus marinus conchylium quoddam ſetoſum, ſeu maximè omnium aculeatum; radiis vel ordinibus (ubi Spinas exuerit) aliàs clavellatis, aliàs ſuturarum inſtar acupictis conſpicuum. Horum fragmenta in lapicidinis Angliæ mediterraneæ non rarò occurrunt; nonnunquam etiam & integri effodiuntur: at in Cretaceis Meridionalium frequentiores ſunt (præcipuè quos Galeatos, Cordatos, Rotulares & Pileatos diximus) & quidem magis ſpecioſi, eò quòd in molliori & farinaceo ſolo conditi, nullam primariæ elegantiæ jacturam fecerint. Echinos foſſiles ſpinis ſuis vel ſetis inſtructos, nobis nondum invenire contigit, quamvis ſexcenta ad minimum fruſtula, & integros non paucos iiſdem ſpoliatos. In fodinis tamen hiſce ubi Echini fracti vel integri occurrunt, dari etiam eorundem ſpinas ſemper adnotavi; imò & non rarò dentes aliáque oſſicula: Echinorum ferè omnium foſſilium niſi apographa tantum fuerint (Conchyliorum ea ſunt penitùs abſumpto-

abſumptorum impreſſa in quovis lapide veſtigia) *materia eadem eſt quæ lapidis Judaici: nempe candida, friabilis, reſplendens & pergameni inſtar politiſſima: unde ad hanc claſſem retulimus omnes lapides ejuſmodi materiâ conflatos: ſive ii ad Echinos ſpectent, uti Radiolus, Aculeus, Echinodos, Bidentula, Piſolithus, Scaphula; ſive ad Stellas marinas, ut Aſtrorrhiza, Aſtropodium, Aſteria, Entrochus, Volvola, Appendicula, &c. Stellas vero quod attinet, à radiis æqualibus, è communi areola coronatim prodeuntibus, adeò nota ſunt animalcula; ut non eſt quod iis definiendis immoremur.*

910. ECHINITÆ laticlavii maximi fragmenta, è fodinis Bullingtonianis. *

911. ——— Eadem è puteo Chaulenſi.

912. ——— E lapicidinis Cowleanis.

913. ——— Faringdoniæ in Bercheriâ effoſſa.

914. ——— Paulò minora è lapicidinis juxta *Stafford-Grove.*

915. Echinites vertice planiore, &c. Liſteri Anim. Angl. Ap. p. 221.

916. Echinites orbiculatus laticlavius medius. Priore multùm depreſſior eſt; alioquin eundem lapidem dixeris. Hujus ſpecimen erat, quamvis minus elegans, quod ſub titulo Ovi anguini delineavit Anſhelmus Boetius, p. 347. Witneiæ. *

917. ——— Idem è fodinis Stunsfeldianis.

918. ——— Ejuſdem varietas major informis, ſeu quodammodo monſtroſa: Toceſtriæ in Northamptoniâ.

919. ——— Fragmenta à tumulo Iſlipiano.

920. ——— Propè *Shipton-Sellers* in agro Gloceſtrenſi.

921. ——— Cirenceſtriam in eodem Comitatu.

922. Echinites orbiculatus medius cinerei coloris acetabulis ovatis. A litore Sabriniano juxta *Pyrton-Paſſage. Priorum acetabula figuræ ſunt circinatæ.*

923. Echinitæ 916. fragmentum è fodinis Marchamenſibus.

924. ——— Uptoniæ in Gloceſtriâ juxta Burfordiam.

925. ——— Desburiæ in Northamptoniâ.

926. ——— Cinerei coloris ex puteo argillaceo ad ripam fluvii *Cherwell.*

927. ——— Ejuſdem coloris obliteratis propemodum tuberculis, ex æſtuario Humberiano.

928. Echinitæ orbiculati medii ſcutulum terebratum. *Unum eſt è ſcutulis, ſeu articulis ſingulari foramine pertuſis, ad oſtium quorundam echinorum poſitis.*

ſitis. Figuras huic aliquatenus ſimiles exhibuit Cl. Beaumontius, Act. Phil. Lond. Numb. 150. Fig. 14, 15, &c. E puteo Chawlienſi. *

929. ——Idem à ſodinis Hinxeanis juxta Academiam.

930. Echinites orbiculatus laticlavius minor. E lapicidinis juxta *Hemnet* in Northamptonia.

931. ——Idem Toceſtriæ effoſſus in eodem Comitatu.

932. —— Varietas minor juxta *Wellingburrough.* Ibid.

933. Echinites ovarius Teintonenſis, Plotii Hiſt. Oxon. p. 107. T. 5. Fig. 5. Ad Pagum *Buckland* in agro Bercherienſi. *Anguſticlavius eſt & prioribus compreſſior.*

934. —— Ejuſdem varietas minor apud Plotium, *ibid.* delineata. Fig. 6. E lapicidina quadam juxta *Iſlip* à parte ulteriore.

935. —— Idem Witneiæ effoſſus.

936. ——Idem è ſodinis Garvordienſibus.

937. ——Eburnei candoris, è puteo Desburgenſi in Northamptonia.

938. ——Ejuſdem ferè coloris è ſodinis Kidlingtonianis.

939. —— Coloris ſubfuſci Charltoniæ effoſſus.

940. ——Sublutei, è lapicidinis Cowleanis. *

941. ——Ejuſdem coloris ſed paulo convexior, è puteo Chawlenſi.

942. Echinites rotularis major ſpoliatus, ſeu rotularis convexior, loricatus, ex toto Siliceus. In agris ſubinde occurrit juxta *Henley* in comitatu Oxonienſi. *

943. Echinites rotularis medius, ſpoliatus ex toto Siliceus, tuberculis obliteratis. Brontias, ſive Ombrias Boetii, p. 486. Echinites orbiculatus depreſſus, Siliceus quibuſdam Ombria, Liſt. Anim. Angl. p. 220. A quodam ruſtico accepimus, qui locum ubi repertus fuerit neſciebat. Exemplaribus Liſterianis duplo aut triplo major eſt.

944. Echinites fibularis major. E fodinis lapidum juxta Toceſtriam in Northamptoniâ. *Fibulares dicuntur Echinitæ qui à figurâ rotulari ad fibulam, ſeu glomerulum veſtiarium paulatim accedunt.*

945. Echinites fibularis minor. *At a Mortar-pit near* Newport-Pagnel *in* Buckingham *Shire.*

946. ——Idem è lapicidinis Witneienſibus.

947. ——E fodinis medio circiter itinere inter *Cowley* & *Garzington.*

948. ——E lapicidina Iſlipienſi.

949. ——Specimen à Vitriolo (ut videtur) corroſum obliteratis papillis. Propè *Burton-Latimer* in Northamptoniâ.

950. ——Exiguum Toceſtriæ effoſſum.

951. Echinites galeatus vulgaris; ſeu elatus galeam referens è puteis Cretaceis. E fodinis cretæ juxta *Graveſend* in agro Cantiano copioſè attulit D. *Hugo Jones*, Muſei Aſhmoleani

leani olim procuſtos, lapidum ſingulari figurâ inſignium indagator ſagaciſſimus.

952. —— Idem à D. *Woodward* Cantii etiam alicubi repertus.

953. —— Idem ex dono D. *Doody* qui Surreiæ alicubi invenit.

954. —— Idem ſpoliatus, ſeu ex toto Siliceus. Brontia, ſive Ombria ovalis; Plotii Hiſt. Oxon. T. 2. Fig. 14. & T. 3. Fig. 1. In agris propè *Aſhton-Rowant* apud Oxonienſes.

955. —— Idem ex agris Bordenenſibus juxta *Sutton-Barn* in comitatu Cantii.

956. —— Ex agris —— apud Hantonienſes.

957. Echinites pileatus, ſeu figura conoide vel quodammodo Turbinata. Brontia prima Lachmundi. E fodinis cretæ præfatis apud *Graveſend.*

958. —— Idem ſpoliatus ex agris juxta *Sithingbourn* Cantianorum item oppidum. Ombriæ ſpecies elatior, Chilternenſibus *Cap-ſtone* (i. e. Lapis-pileum referens) Plotii Hiſt. Oxon. T. 2. Fig. 13. Brontia altera Lachmundi, p. 23.

959. —— Idem paulo depreſſior ad galeatum propius accedens. *Ibid.*

960. —— Coloris viridis eleganter admodum cancellatus. In agro quodam juxta *Redding* Bercherienſium oppidum inter arandum repertus eſt.

961. —— Idem Echinites aeris injuriâ quòd in terræ ſuperficie diutius expoſitus fuerit, turpiter exeſus & dehoneſtatus. Ex agris —— Hantonienſis comitatus.

962. —— Figuræ paulò depreſſioris ex agris Cantianis.

963. —— Idem ex arvis Neuberienſibus in Bercheriâ.

964. Echinites cordatus vulgaris: ſeu Echinum ſpatagum vel *Ovum marinum* noſtratium referens, quinis incilibus donatus. In cretoſis juxta *Graveſend*, cum prioribus invenit D. *Jones.* *

965. —— Alia ſpecimina alicubi in eodem comitatu Cantii inventa.

966. —— A D. *Doody* accepta qui in cretoſis Surreianis juxta Richmondiam collegit.

967. —— E fodinis cretæ, iter *Aburn* & *Marlborough* in agro Wiltonienſi.

968. —— Idem Echinites Spoliatus, ſive Siliceus, acupictum involucrum exutus. Ombria ſpecioſa quinque radiorum, ſilicea, &c. Plotii Hiſt. Oxon. Tab. 2. N. 11. Sheppeiæ Cantianorum inſulæ invenimus, in litore juxta *Minſter* ubi tamen rariſſimè occurrit.

969. —— Idem ex agro quodam juxta *Beaconsfield* Buckinghamiæ oppidum.

970. Echinites minor cordato aliquatenus accedens canaliculo ſingulari. E fodinâ quâdam lapidum ad Pagum *Sandford*, propè Academiam.

971. Echi-

971. Echinites clypeatus, ſeu maximus diſcum referens, pentaphylloides. Echinites Burfordienſis, &c. Plotii Hiſt. Oxon. Tab. 2. Fig. 9, 10. Propè *Fulbrook* in agro Oxonienſi. *

972. —— Ejuſdem varietas paulò compreſſior è fodinis Kidlingtonianis.

973. —— Minor coloris cinerei, è fodinis Stunsfeldienſibus.

974. —— Minora adhuc ſpecimina, è fodinis Fritwellenſibus, &c.

975. —— E lapicidinis Uptonianis propè Burfordiam.

976. —— Radiis prominulis, juxta Faringdoniam effoſſa.

977. —— Minimi moduli, è fodinâ quadam lapidum juxta *Brackley* in Northamptoniâ.

978. Echinites diſcoides infernè valdè complanatus. A colle Burlippiano apud Gloceſtrenſes.

979. Echinites diſcoidi (ſeu clypeato) congener umbonatus. *Clypeato multò minor eſt, ſupernè convexior, neque lacunâ, ſeu canaliculo, à modiolo ducto (ut iſte) inſignitus; ſubtus magis excavatus.* Witneiæ ſi rectè memini habuimus. *

980. —— Ejuſdem ſpecimen ad hemiſphærium propius accedens. *Ibid.*

981. —— Specimina exigua Northamptoniæ alicubi effoſſa.

982. —— Fragmentum cryſtallinum, ſeu ſubluſtre, è lapicidinis Barringtonianis apud Gloceſtrenſes.

983. Clypeati vulgaris (ut videtur) fruſtulum è fodinis Rancianis in Northamptoniâ.

984. —— Cinerei coloris, è fodinis Charltonianis.

985. —— Marmoris inſtar expolitum, è Sabuletis Stantonianis.

986. —— Idem è Sabuletis juxta ambulacra Academica.

987. Echinites clypeatus minor, ſeu minor ſcutellatus inter clypeatum & *clunicularem* ambigens. Propè *Wellingburrough* in Northamptoniâ.

988. Echinites clunicularis. Echinites è lapide ſelenite quinis radiis è duplice ſerie tranſverſarum lineolarum conflatis. Liſt. Cochlit. Angl. p. 233. Tab. 7. Fig. 26. Echinites ex agris Ifleianis, Plotii Hiſt. Ox. p. 92. Fig. 12. E lapicidinis ad pagum *Rance* in eodem Comitatu. *Clunicularem cur dixerim qui figuram Liſterianam viderit, conjiciet.*

989. —— Idem ex albido ſubluteus in agris juxta *Coltſwell* apud Wiltonienſes repertus.

990. —— Coloris cinerei, ex agris Sanfordienſibus propè Academiam.

991. —— Albidi, è lapicidinis Wellingburgenſibus in Northamptoniâ.

992. —— Minoris moduli, juxta *High-Ham* in eodem comitatu effoſſus.

993. —— E

993. —— E ruderibus & ſtratorum interſtitiis fodinarum Cowlienſium, ubi ſatis copiosè inveniuntur.

994. —— E fodinis Bullingtonianis, ubi rariores ſunt, & magis lutulenti.

995. —— Paulò elatiores è lapicidinis Witnienſibus.

996. —— Elatior itidem, è fodinâ Charltonianâ.

997. —— Exiguus coloris ſublutei, è Garvordienſibus.

CAPS. XVI.

998. RADIOLUS glandarius, ſeu lapis Judaicus Boetii, p. 409. Fig. 1. Lapis Judaicus *Dioſc.* Agricolæ; aliis Phœnicites, Pyrene, Tecolithus & Eurrhœus. Ab amico quodam habui qui locum nativum ignorabat. Ex tranſmarinis advectum ſuſpicor.

999. —— Ejuſdem varietas minùs ſpecioſa propè *Stanton-Harcourt* (prout accepimus) effoſſa.

1000. Radiolus glandarius vulgari ſimilis in cretoſis deliteſcens. E fodinis cretæ Cantianis.

1001. —— Idem pediculo longiuſculo ſubnixus. *Ibid.*

1002. Radiolus Echinitæ maximi laticlavii; ſeu cucumerinus (à cucumeris fructûs ſimilitudine, conditus) major. Lapi Judaicus Oxonienſi, Plotii Hiſt. Ox. Tab. 6. Fig. 8. E puteo Chaulienſi juxta *Cumner* in Bercheriâ. *

1003. —— Idem è lapicidinâ quadam juxta *Cold-Harbour* in agro Wiltonienſi.

1004. —— E quadam lapicidinâ medio itinere inter Oxonium & Dorceſtriam.

1005. —— E fodinis Bullingtonianis juxta Academiam.

1006. —— E fodinis Faringdonianis in Bercheriâ.

1007. —— Coloris candidi, è fodinis cretæ Cantianorum.

1008. Radiolus echinitæ orbiculati laticlavii medii; ſeu Radiolus cucumerinus minor. In cretoſis Cantii invenit antea laudatus D. *Jones.* *

1009. —— Idem mediâ ſilice incluſus. Ex agro quodam ſiliceo juxta *Henley* in comitatu Oxonienſi.

1010. Radiolus cucumerinus medius altiuſculè ſulcatus. E puteo Chaulienſi. Hujus extremum tantum habeo fragmentum; novem ſulcis inſigniter exaratum.

1011. Radiolus Belemnitam electrinum Liſt. referens; quem tamen cucumerino majore diſtinguendum non exiſtimo, quod enim lævis ſit & fere marmoris inſtar expolitus, Sabulo unde habuimus pluviarum *hauſtro* deberi ſuſpicor. E ſabuleto Faringdonenſi.

1012. Radiolus cucumerinus minor vulgaris. E lapicidinis Bullingtonianis. Idem eſt cum Radiolo Cantiano ad Num. 1006. colore exalbido non obſtante.

1013. —— Idem, è lapicidinis Witneienſibus: ubi plurimi & quidem ſatis elegantes inveniuntur.

1014. —— Ejuſdem Fragmenta ex arvis Iſlepianis.

1015. —— Specimina integra, è puteo Chaulienſi.

1016. —— E lapicidinâ quâdam juxta *Haley* in agro Oxonienſi.

1017. —— E fodinis Kidlingtonianis.

1018. —— Exigua propè *Coxal* effoſſa.

1019. —— E fodinis Barringtonenſibus.

1020. —— Propè *Desburrough* in Northamptoniâ.

1021. —— *Bazie's Leigh* in Bercheriâ.

1022. —— *Blunſdon* in comitatu Wiltonienſi.

1023. —— Juxta *Stafford-Grove* non procul Oxonio.

1024. —— Fragmina lutulenta fuſci coloris. Ex argilla Aſpleianâ in comitatu Bedfordiæ.

1025. —— Specimen exiguum, è fodinâ quâdam juxta Cirenceſtriam in agro Gloceſtrienſi.

1026. —— Coloris rubiginoſi propè *Skipton-Sollers* in eodem comitatu.

1027. —— Juxta *Hamburrough* in agro Oxonienſi.

1028. Radiolus cucumerino minori accedens, teretiformis. E lapicidinis Cowleanis.

1029. —— Idem, è fodinis Marchamenſibus.

1030. —— Eburnei ferè coloris, è Sabuleto Faringdonenſi ubi copioſè admodum invenitur.

1031. Radiolus cucumerinus minor ἀκέφαλος: ſive glandulâ vel capitello mamillari carens. Witneiæ unà cum vulgari, ſed rariùs occurrit. *

1032. —— Idem, è fodinis Marchamenſibus.

1033. —— E lapicidinâ quâdam juxta *Coxal* in agro Wiltonienſi.

1034. —— Ad *Stafford-Grove* juxta Oxonium.

1035. Radiolus cylindroides. E fodinis Marchamenſibus in Bercheriâ.

1036. Radiolus minor tubuloſus compreſſus. E lapicidinis juxta *Witney* in agro Oxonienſi.

1037. —— Ejuſdem ſpecimina variæ magnitudinis; è puteo Chaulienſi.

1038. —— E lapicidinâ Cumneriana.

1039. —— Propè *Desburrough* in Northamptoniâ.

1040. —— *Stafford-Grove* apud Oxonienſes.

1041. Radiolus minimus compreſſus, altero latere marmoris inſtar terſus, & expolitus. Carſtoniæ apud Wiltonienſes. *

1042. —— Idem, è fodinis Bullingtonianis.

1043. † Radiolus toroſus (ſeu ramuſculis inſignitus) eburneus major. *Bacolo di Santo Paolo* Melitenſium. Ex dono V. CL. D. Joannis Raii, qui ex Melite inſula attulit; ejuſque meminit in ſuo itinerario, p. 311.

1044. Ra-

1044. Radiolus toroſus major ex fuſco cinereus. Ex argilla Aſpleianâ apud Bedfordienſes.

1045. Radiolus toroſus minor, ſeu toroſus aculeatus. E lapicidinis inter *Cowley* & *Garzington*. *

1046. —— E lapicidinis Marchamenſibus.

1047. —— Juxta *Stafford-Grove*.

1048. —— E fodinis Bullingtonianis.

1049. ACULEUS (ſive Radiolus lævis) major vulgaris. Trochites figurâ penis abſque præputio Lachmundi, p. 55. Fig. 10. E fodinâ Witneienſi. Omnium quotquot hactenus vidimus, ſpecimen eſt longiſſimum, utpote triunciale: nec tamen integrum. Hunc lapidem delineaſſe videtur Clariſſ. Liſterus Act. Phil. Lond. N. 100. Fig. 24.

1050. —— Ejuſdem fragmentum, è fodinâ Desburgenſi.

1051. —— A colle Iſlipiano.

1052. —— E fodinis Witneienſibus varia ſpecimina. *

1053. —— E lapicidinâ quâdam juxta *Stafford-Grove*. *

1054. —— Inter *Cowley* & *Garzington*.

1055. —— Propè *Stony-Stratford* in agro Buckinghamenſi.

1056. —— Ad pagum *Rance* in Northamptoniâ.

1057. —— Specimen nitidum, è fodinis Hanburienſibus.

1058. Aculeus medius lamellatus, ſive latiuſcule compreſſus.

1059. —— Idem, propè Burceſtriam effoſſus.

1060. Aculeus minor vulgaris. An fortè Echinitæ fibularis minoris Spinula? E fodinis Witneienſibus.

1061. —— Idem, è Sabuleto Stantoniano.

1062. —— E lapicidinis inter *Cowley* & *Garzington*.

1063. —— E puteo Chaulienſi.

1064. —— E lapicidinis Barringtonianis in agro Gloceſtrenſi.

1065. —— Propè *Shipton-Sollers* in eodem Comitatu.

1066. —— Variæ magnitudinis ſpecimina; coloris lividi, eburnei nitoris. Ex argilla æſtuarii Sabriniani juxta *Pyrton-Paſſage*.

1067. *a*. —— Iiſdem conſimilia à litore Humberiano.

1067. *b*. —— Exalbida, ſeu vulgaria, è fodinis Carſtonianis apud Wiltonienſes.

1068. —— E fodinis Wellingburgenſibus in Northamptoniâ.

1069. Aculeus medius arquatus; ſive medius caudâ præacutâ aliquatenus incurvata. Juxta *Haley* in agro Oxonienſi. *

1070. —— Idem, è colle Iſlipiano.

1071. —— E lapicidinis Witneienſibus.

1072. —— E fodinis Uptonianis propè Burfordiam.

1073. —— Charltonianis non procul Oxonio.

1074. —— Barringtonianis apud Gloceſtrenſes.

1075. —— Specimen minus, è puteo Chaulienſi.

1076. Aculeus minimus ἀκέφαλος compreſſus; ſeu clavulum quendam referens exiguus. *Ibid.*

1077. Radiolo congener VARIATULA. E lapicidinâ quâdam juxta *Blunſdon* in agro Wiltonienſi. *Hic lapis figurâ omninò inſtabili videtur; nunc compreſsâ, aliàs tuberosâ; nonnunquam ſubtereti, &c. Fractus tamen ſuum genus ſtatim prodit.*

1078. ECHINODOS major vulgaris, ſeu dens Echinitæ maximi laticlavii. E puteo Chaulienſi. *Eburnei eſt nitoris, atramento neſcio quo hinc inde infectus.*

1079. —— Specimina paulò minora, & magis lutulenta. E fodinis Bullingtonianis.

1080. —— Coloris rubiginoſi, è ruderibus lapicidinarum inter *Cowley* & *Garzington*.

1081. —— Albidi ex arenoſis fodinis Marchamenſibus.

1082. —— Fragmentum, è lapicidinâ quâdam juxta *Shipton-Sollers* in agro Gloceſtrenſi.

1083. Echinodos medius; ſive dens Echinitæ orbiculati laticlavii medii. E fodinis Witneienſibus.

1084. —— Idem, è lapicidinis Cowleanis.

1085. —— Specimina paulò minora juxta *Stafford-Grove* effoſſa.

1086. —— Planè eburnea, è fodinis Kidlingtonianis.

1087. —— Propè *Wellingburrough* in Northamptoniâ.

1088. BIDENTULA major. E lapicidinis juxta *Stafford-Grove*; ubi tamen rarius occurrit. *Eſt autem Bidentula furcatum quoddam & crenatum oſſiculum, in Echinis marinis, dentium copula, ſive repagulum. Dentes verò Echinorum foſſiles, aut rarò aut nunquam conjunctim inveniuntur; ideóque & hæc oſſicula hinc inde ſigillatim in fodinis extant.*

1089. Bidentula minor, ſive media. An fortè Echinodontis medii retinaculum. Coloris eſt rubiginoſi; è lapicidinis Bullingtonianis effoſſa.

1090. —— Eadem coloris exalbidi, è fodinis Witneienſibus.

1091. —— E lapicidinâ quadam juxta *Desburrough* in Northamptoniâ.

1092. Bidentula minima figurâ ſubtereti. Juxta *Froom* Somerſetenſis agri oppidum.

1093. Bidentula, è ſelenite, ſeu lapide ſpeculari conflata: vel potiùs ſelenites Bidentulam referens. E fodinâ quâdam argillaceâ propè *Frethern* in agro Gloceſtrenſi.

1094. ASSULA eburnea, &c. Oſſiculum quoddam eſt lamellare aculeatum, quod etiam in Echinis marinis, ſi rectè memini, invenitur. E fodinis Witneienſibus.

1095. SCAPHULA vulgaris, ſive Echinodontis vaginula. E fodinis Marchamenſibus.

1096. Sca-

1096. Scaphula major ſemihiulca. E fodinis Bullingtonianis.

1097. PISOLITHUS GLANDULARIS bullatus. *Exiguus eſt lapillus inſtar viciæ ſeminis, quoad figuram, veretri glandem referens bullulis quibuſdam prominulis, aliàs tribus, aliàs quinque*, &c. *inſignitus.* Cum priore.

1098. — Idem è lapicidinis Marchamenſibus.

1099. — E lapicidinis Couleanis.

1100. — Ad Villam *Carſton* in agro Wiltonienſi.

1101. Piſolithus degener ſive compreſſus. E fodinâ quadam lapidum juxta Cirenceſtriam.

1102. Lapidi Judaico congener ORBICULUS. E lapicidinis Bullingtonianis.

1103. Orbiculus minor eburneus. Prope *Desburrough* in Northamptoniâ.

1104. Orbiculus terebratus. E fodinis Marchamenſibus.

1105. MUSTRICULA, ſive lapillus minutulum quoddam calopodium referens. Apud Desburgenſes cum penultimo.

1106. ASTROPODIUM multijugum, ſive Loricatum cinereum ſeptentrionalium. Encrinos cinereus Lachmundi p. 57. 58. A R. V. D. Guilielmo *Nicolſon* Archidiacono Caerleolenſi accepimus, qui in calcariis quibuſdam Cambriæ fodinis, unà cum cognato ſibi lapide entrocho, primus in Anglia (quantùm novimus) adinvenit. *

1107. Aſtropodium clavellatum vulgare ſive albidum majus Oxonienſium. E fodinis Bullingtonianis.

1108. — Ejuſdem ſpecimina coloris rubiginoſi, è lapicidinis quibuſdam inter *Cowley* & *Garzington.*

1109. — Non clavellata (hoc eſt) nullis tuberculis in dorſo inſignita. E fodinis Marchamenſibus. Reperitur etiam cum prioribus nec minus frequens. *

1110. — E fodinis Blunſdonenſibus in Wiltoniâ.

1111. — E lapicidinâ quâdam juxta *Thame* in agro Oxonienſi.

1112. — Specimina multijuga ſive ſeriatim duplici ordine diſpoſita. E lapicidinâ Cumnerianâ. *

1113. Aſtropodium medium craſſiuſculum è fodinis cretaceis; ſive eburneum, compactilius, dorſo lævi, minoribus adnumerandus. Ab amico quodam accepimus qui D. *Woodward* in cretoſis Cantianis inveniſſe retulit. *

1114. Aſtropodium tenuiſſimum gnomonem ſolarem referens. E lapicidina juxta *Baſie's Leigh* in Bercheriâ.

1115. — Ejuſdem ſpecimen minus è fodinâ Marchamenſi.

1116. Aſtropodium minus vulgare. E lapicidinâ Desburgenſi in Northamptonia. Coloris albidi eſt, ut pleraque alia hujus fodinæ Cruſtacea & conchylia.

1117. — Idem coloris ſublutei, è lapicidinis juxta *Stafford-Grove.*

1118. — Albidi è fodinis Thamenſibus.

1119. — Ex

1119. ——— Ex albido ſubfuſcum, è fodinis Witnianis.

1120. —— Luteſcens propè *Bullington-Green.*

1121. ——— Ejuſdem coloris juxta *Haley* effoſſum.

1122. ——— A Colle Iſlipienſi.

1123. —— Ad pagum *Rance* in Northamptoniâ.

1124. ——— Carſtoniâ Wiltonienſium villâ coloris cretacei.

1125. ——— Juxta *Baſie's Leigh* coloris lutei.

1126. ——— E Lapicidinâ Barringtonianâ apud Gloceſtrenſes.

1127. Aſtropodium exiguum ephippiarium, ſive imbricatum minimum ſcabrum. Elegantem hunc lapillum viciæ ſemine minorem in lapicidinis Kidlingtonianis invenit D. Richardus *Roberts* è Coll. Jeſu LL. B. rariorum olim hujus viciniæ lapidum indagator feliciſſimus. *

1128. ——— Idem è fodinâ Uptonianâ propè Burfordiam.

1129. Aſtropodium imbricatum bifidum; ſeu biſulcum arvenſe majus. In agro quodam in parochia *Merſton-Truſſel* Northamptonenſium unà cum Aſteria lutea Plotii, quamvis rariſſimè. *

1130. Aſtropodium imbricatum minus. E rivulo Merſtonenſi.

1131. Aſtropodium imbricatum minimum coloris cinerei. *Ibid.*

1132. a. Aſtropodium minimum cataphractatum, ſeu Brachii ſtellæ marinæ (vel lævis Rondeletii vel ſaltem ei affinis) fragmentum foſſile. *Ibid.* *

§. *Sequentium poſt abſolutum Catalogum additorum, quæ Alphabeti literis notantur, vide icones in Tab.* 14.

1132. b. Aſtropodium ramoſum vulgare: ſeu ſtellæ foſſilis arboreæ virgultum. A Trajecto Pyrtonenſi. *

1132. c. Aſtropodium ramuloſum minimum, Corallinam referens. E fodinis Stantonianis Cumbriæ. *

1132. d. Aſtropodium myoſuroides læve: ſeu inſtar caudæ muris, non ramoſum; Stellæ lævis Rondeletii radium referens. Caldeiâ Dimetarum Inſulâ in rupibus calcariis inter Entrochos alioſque ſuæ ſortis lapillos occurrit, ſed rariùs. *

1132. e. Aſtropodium myoſuroides echinatum: ſeu ariſtis brevibus altero latere onuſtum. Cum priore. *

1132. f. Aſtropodium reticulatum: ſeu vulgaris ſtellæ luteæ denudati Radii, fragmentum aliquatenus referens. *Ibid.* *

1132. g. MODIOLUS imbricatus ſtellaris: ſeu ſtellæ cujuſdam foſſilis ſquamatæ areola centralis, quinis radiis inſignita, bipertitim imbricatis. *Ibid.* *. Hujus unum duntaxat ſpecimen reperire contigit, quod à rupe divelli abſque comminutione non poterat; unde ejus loculus in ſcrinio vacat.

1132. h. Modiolus botroides, umbonatus. *Ibid.* *

1132. i. Modiolus ſcutellatus; ad Echinitam orbiculatum medium accedens. *Ibid.* *

1132. l. Mo-

1132. l. Modiolus ſtellatus. *Ibid.* *

1132. m. Modiolus minor campanulatus. Non rarò invenimus in Inſulis Barreia Glamorganiæ & *Caldey* Pembrochienſium. *

1132. n. STELLARIA minor botroides; arboreæ congener, radiolis bifidis nec ſubdiviſis. *Ibid.* *. *Stellariam dicimus ſtellam foſſilem ſuis radiis inſtructam, ſive prorſus integram, ſive ex parte mutilatam.*

1133. ENTROCHUS cylindraceus ſive complanatior maximus. Vide Fig. 8. apud Liſterum Act. Phil. n. 100. *Specimen noſtrum triunciale eſt in ambitu; nec ramoſum ut Liſterianum, craſſius adhuc aliquantulùm in hoc muſeo exhibetur Scrin.* Plot. *Staffordienſi* Capſ. 1. num. 33. *Hunc lapidem uti & cæteros plaroſque hujus catalogi è Septentrionalibus Angliæ allatos; à viro amiciſſimo omniſque ferè eruditionis cultore ſedulo, & felici D. G.* Nicolſon *ſuperiùs memorato, accepimus.*

1134. Entrochi cylindracei ſpecimen longiſſimum paulò exilius, rotulis 42 conſtans. *Ibid.*

1135. —— Ejuſdem ſpecimen nodoſum ſeu geniculatum. Vide Liſt. Act. Phil. Lond. num. 100. Fig. 6. & Beaumontium n. 150. Fig. 22. Prope *Levens-Mill* in Weſtmorlandiâ.

1136. Entrochus interior, ſeu ſpoliatus rotulis trochlearum inſtar prominulis. Vid. Plotii Hiſt. Nat. Staff. Tab. 13. Fig. 1. Hoc ſpecimen quod à clariſſ. Raio accepimus, D. *Thomas Lawſon* ad ripam cujuſdam rivuli invenit propè *Great-Strickland* in eodem Comitatu Weſtmorlandiæ.

1137. Entrochus medius rotulis majuſculis per intervalla diſpoſitis. *Ibid.*

1138. —— Sublapſis paululum rotulis. Juxta *Torpenhow* in Cumberlandia. Vide *Beaumont.* Act. Phil. Lond. n. 150. fig. 23.

1139. —— Alternus, ſcaber, compreſſus; ſeu majuſculus rotulis craſſioribus & tenuioribus alternatim poſitis. *Ibid.*

1140. —— Compreſſus gemellatus; ſive ſulco per mediam longitudinem ducto, bipartitus. *Ibid.*

1141. —— Specimen minus latiuſculum appendiculo quodam ſtriato ſubluſtri inſignitum, *Ibid. Cauda ſive Appendix figurâ itidem compreſſa eſt; Selenitæ materiâ opaciore, magnitudine lapidis fermè cui adnaſcitur.* *

1142. Entrochus minor teretiformis vulgatior. *Ibid.*

1143. Entrochus vulgaris alternus, ſive minor alternis rotulis majoribus, vel paulò prominulis. *Ibid.*

1144. —— Mediæ magnitudinis ſpecimina crebrò geniculata. *Ibid.*

1145. —— Clavellata, ſeu tuberculoſis rotulis conſtructa, teretia aliàs, aliàs compreſſa. *Ibid. Hactenus dicti coloris ſunt vel ex fuſco ſordidi, vel ſubcinerei.*

1146. —— Uſque ad 1151. Varia rubri coloris ſpecimina, teretia, compreſſa, nodoſa, &c. *From Morland in Weſtmorland.*

1147. Alia rubro colore ſaturatius adhuc infecta, è ferrifodinis juxta *Egremond* in Cumberlandiâ.

1148. —Plane

1148. —— Plane cylindracea & lævissima ejusdem coloris, ad ripam fluvii *Louther* effossa.

1149. —— Rotulæ singulares & gemellæ; coloris sublutei, argutè admodum striatæ. E Plumbifodinis Haddonianis Derbiensium.

1150. —— Variæ figuræ & magnitudinis, coloris rubiginosi; à plumbifodinis Mendippianis apud Somersetenses.

1151. —— Ejusdem coloris juxta *Dudham-Down* in Glocestriâ effossa; aeris injuriâ exesa quodammodo, & dehonestata.

1152. — Iisdem ferè consimilia à viridario Cromwellensi in eodem comitatu.

1153. Entrochi specimen caseolum quodammodo referens, circello utrinque donatum. *. *Fossor quidam Witneiensis (in hac vicinià) attulit pro lapillo in fodinâ suâ invento*: mihi vero ipsi nusquam hactenus *Entrochum* intra trigesimum Oxonio milliare, invenire contigit.

CAPS. XVII.

1154. — VAriæ magnitudinis specimina; cylindracea, lævia, & nodosa, coloris exalbidi, &c. A colle quodam juxta *Kaer Gwrle* in agro Flintensi, *ubi Kerrig y Kror* sive *Oreadum lapilli* audiunt.

1155. Coloris rubiginosi è rupibus calcariis prope Ecclesiam Divi Tydnonis in Arvoniâ.

1156. —— Specimen marmoreum, cylindroides nigris maculis conspersum. E fonte quodam propè *Oswaldstree* in agro Salopiensi. *Longitudine est triunciali sescunciam in ambitu colligens; crassioribus rotuli conflatum.*

1157. Specimina marmorea tubulosa, mediocri crassitie, colore fusco. E Plumbifodinis ad *Ewenni-Park* in Glamorganiâ.

1158. —— Ejusdem ferme coloris, sed minus expolita è plumbifodinis quibusdam prope fontem Divæ Winifredæ apud Flintenses.

1159. Entrochus instar capitelli aciculæ, sive omnium minimus Northamptonensium. E quodam rivulo juxta *Merston-Trussel* in Northamptoniâ.

1160. PUTAMINULA pentagona sive entrochorum radicis Listeri (Act. Phil. Lond. n. 100. f. 27.) lamella pentagona avellanæ putamen ad amussim referens. Ad Villam *Kaer Gwrle* superius dictam unâ cum Entrochis. At Modiolos integros quales exhibuit Listerus, & post eum Beaumontius in iisdem adversariis, Num. 150. fig. 12. inter rariores Angliæ lapides numerandos censeo.

1161. Entrochorum MODIOLI (aut Radicis Listeri) specimen informè vel minus elegans. Ab amico quodam habui qui alicubi in fodinis calcariis Cambriæ septentrionalis inventum retulit.

1162. Entrocho congener VOLVOLA vulgaris eburnea. E fodinis cretæ Cantianorum. *Figuræ est plane cylindraceæ. Ab Entrocho nequicquam differt, nisi quod rotularum invisibiles sint commissuræ; ramulorum rara & minùs*

nùs conſpicua veſtigia, & quod ſit unicâ ſolum ſtriâ inſigni, ubi Entrochorum rotulæ innumeris, exarata.

1163. Volvola doliata ſeu cadiſcum referens elegantior. *Ibid.* *

1164. Volvola utriculata, aſteriſco in fundo inſignita. *Ibid.* *

1165. Volvola omnium minima pertuſa. E ſabuleto quodam prope *Gormond-Cheſter* apud Huntingdonenſes.

1166. Volvolæ aliquatenus accedens, CYLINDRITES Faringdonenſis. E ſabuleto quodam juxta Faringdoniam Bercheriæ oppidum, in hoc Catalogo ſæpiùs memorato.

1167. Ignoti cujuſdam lapidis fragmentum quem à cruris humani ſimilitudine (niſi integer longè aliam faciem, oſtenderit) OCREATULAM dixeris. E cretoſis Cantii.

1168. ASTERIA major arvenſis, ſive lutea vulgaris Plotii Hiſt. Nat. Oxon. T. 2. f. 2. 3. An forte Encrinos Agricolæ? Ex arvis Merſtonenſibus in Northamptoniâ.

1169. — Eadem ex arvi Cleydonenſis quodam jugero *Horefurlong* dicto, ubi prout Plotius monuerat, ſatis copioſè invenimus.

1170. Aſteria major litoralis: ſive elegantior perenniori materie conſtans, eburnei quandoque coloris, cinerei ſæpiùs *. *Horum deſcriptionem cum iconibus accuratiſſimam; ex quâ totius hujus generis plenam habebis notitiam, Vide apud clariſſ. Liſterum* Act. Phil. Lond. Num. 112. *Idemque de Entrochis ad N.* 100. *dictum puta.* Ex æſtuario Sabriniano juxta *Pyrton-Paſſage* ubi ſatis vulgares ſunt lapilli, pueris etiam ſub titulo *Crowsfeet* notiſſimi. *Nos omnia tenemus exemplaria à Liſtero picta, præter decimum quartum, & quidem hujus aliquot ſpecimina ſed minùs integra. Quam delineavimus crenatis commiſſuris varietas, rariſſimè occurit.*

1171. — Ejuſdem ſpecimina (ſed detritiora & minùs elegantia) ex æſtuario Humberiano.

1172. — E Glamorgania ſub nomine *Culverſtones*, accepta.

1173. — In agro Lincolnienſi juxta *Belvoir Caſtle* effoſſa.

1174. — Prope Stradfordiam Warwicenſium; obtuſiùs radiata.

1175. — E lapicidina quadam ad pagum *Ditchford* in agro Vigornienſi.

1176. — Lividi coloris propè *Laſſington* apud Gloceſtrenſes effoſſa, Stradfordianis præfatis ſimillima.

1177. — Paulò minora, coloris plane cinerei: è fodinâ argillæ, ad ripam fluvii *Cherwel* juxta Oxonium.

1178. Aſteria minor ſublutea vulgatior. E lapicidina quadam juxta *Adderbury* in agro Oxonienſi.

1179. — A Colle Burlippiano apud Gloceſtrenſes.

1180. — E fodinis Couleanis.

1181. Aſteria minor eburnea, altiuſculè utplurimum & aculeatiùs radiata. A Colle Iſlipienſi. *

1182. — Eadem è fodinâ Toceſtrenſi (ſi rectè memini) in Northamptoniâ.

1183. — E fodinis Witneienſibus ſeptimo Oxonio Lapide.

1184. — E fodinis Uptonianis propè Burfordiam.

1185. — Barringtonianis in Comitatu Gloceſtriæ.

1186. — Prope *Shipton-Sollers* in eadem provinciâ.

1187. — E lapicidinis Bladonianis non procul Oxonio.

1188. — Juxta *Wellingburrough* in Northamptoniâ.

1189. — *Desburrough* in Northamptoniâ.

1190. — Varietas minima ſublutea à colle *Cockerley* dicto, apud Gloceſtrenſes.

1191. Aſteria minor atrorubens ſabuletorum. Laſſingtoniâ in eodem Comitatu.

1192. Aſteria minor cinerea, mucronatis radiis inſignita. E rivulo Merſtonenſi in Northamptoniâ.

1193. Aſteria fuſca aut nigricans marmorea, exilis; obtuſis radiis parùm eminentibus: ſeu minima lucida, ad cylindrum paulatim accedens. *Ibid.*

1194. Aſteria pentaphylloides vimine circumdata; ſeu minor plumbei aut cinerei coloris; figuræ ſi ſimplex orbiculatæ, ſi multijuga plane cylindraceæ. *Ibid.*

1195. Aſteriæ majoris litoralis APPENDICULA. *The Wires of the Star-ſtone, figur'd and deſcrib'd by Dr. Liſter, Phil. Tranſ. Num.* 112. *fig.* 14. *From Pyrton-Paſſage.*

1196. Appendicula aſteriæ minoris cinereæ. E rivulo Merſtonenſi.

1197. Appendicula doliata ſeu potius fuſum onuſtum referens. *Ibid.* Supereſt hic agnoſcam me elegantulos hoſce lapillos è parochiâ Merſtonenſi in Northamptoniâ, à R.V.D. *Thoma Howard* iſtius Eccleſiæ Paſtore digniſſimo accepiſſe; & quidem plures alios ejuſdem Viciniæ (huic catalogo paſſim inſertos) ab amico quodam noſtro, felicis ingenii viro, & Naturalis Hiſtoriæ peritiſſimo: cujus nomen quamvis celare juſſerat, non poſſum tamen integro animo quæ aliorum debentur induſtriæ pro noſtris venditare.

1198. PISTILLARIUM, ſeu oſſiculum quoddam foſſile piſtillum nonnihil referens. A D. *Woodward* accepimus, qui in cretaceis Surreiæ alicubi invenit.

1199. FASCIATULA: ſive cylindraceus lapillus geniculatus compreſſior *perlæ* cujuſdam aut *libellæ* alvum referens. Cowleiæ invenimus, ſed rariſſimè occurrit.

1200. TROCHLEARE luteum arquatum: ſeu vulgare ex eburneo luteſcens, Byfeldienſium. E lapicidinis ad pagum *Byfield* in Northamptoniâ. *Lapillus eſt teretiformis Aſteriam quandam minimam quoad molem & figuram arquatam referens; trochleis plus minus quindecim elegantèr detornatus.*

CLAS-

CLASSIS SEPTIMA:
FOSSILIA TUBULOSA.

CAPS. XVII.

Hujus Sortis adeo pauca quidem ſunt ut diſtinctam claſſem vix promereri videantur: cum tamen à reliquis quibuſcunque toto genere diſcrepent, non potui quin proprium ſibi aliqualem loculum aſſignarem. Qualia autem ſint ex titulo facile colligitur: nempe conchyliorum quæ apud Zoographos Tubuli, Entales, Dentales, Penicilli audiunt, exemplaria foſſilia: quæ cùm pauca ſint in mari reſpectu Bivalvium & Turbinatorum; non mirum ſi & parciùs è terra effodiantur.

1201. SIPHUNCULUS ſcaber tortilis, auricularis ferè digiti craſſitie. E fodinis Witneienſibus *. *Vermiculis* Liſteri *adnumerandus eſt.* Vid. Hiſt. Conchyl. Lib. IV. Sect. 2.

1202. — Idem è fodinis Bullingtonianis.

1203. Siphunculus fimbriatus: ſeu majoris ſcabri varietas altera, margine inſignita. *Ibid.*

1204. — Idem è lapicidinis inter *Cowley* & *Garzington.*

1205. — E fodinis Marchamenſibus.

1206. — Specimen tenuiſſimâ teſtâ ab internâ parte obductum. *Ibid.*

1207. — E lapicidinâ ad *Stafford-Grove* effoſſum.

1208. — E fodinâ argillæ ad ripam fluvii *Cherwel* è regione collegii Magdalenenſis.

1209. — A litore Humberiano ad pagum *Whitton* in agro Lincolnienſi.

1210. — Specimina marmorea è ſabuletis juxta ambulacra Academica.

1211. — E ſabuletis Harcurtianis.

1212. Siphunculus cylindraceus ferruginoſus, ſive ſabuletorum, è ſideritâ conflatus. Unà cum penultima in ſabuletis Oxonienſibus.

1213. VERMICULARIA minùs tortilis densè ſtipata. E lapicidina quadam juxta *Worton* in Northamptoniâ.

1214. Vermicularia glomerata. E fodinis lapidum juxta *Thame* agri Oxonienſis oppidum.

1215. — Eadem è ſabuleto Faringdonenſi.

1216. — E lapicidina quadam medio itinere inter Thamiam & Ælsburiam.

1217. — Specimina minora è fodinis Brillianis apud Buckinghamenſes.

1218. — E lapicidinâ quadam juxta Cirenceſtriam in agro Gloceſtrenſi.

1219. — A Colle Iſlipiano prope Oxonium.

1220. — Ejuſdem Vermiculariæ fragmentum, è lapicidinâ Fromenſi in Somerſetiâ.

1221. TUBULARIA teres rubiginoſa, aut vulgaris Oxonienſium ſordidè luteſcens. E lapicidinâ Cowleanâ.

1222. — Eadem è fodinis Bullingtonianis.

1223. — E lapicidina prope *Baſie's Leigh* in Bercheriâ.

1224. — E ſabuletis Oxonienſibus, coloris exalbidi.

1225. — Lividi, ex argillaceo litore Sabriniano juxta *Pyrton-Paſſage*.

1226. — Fuſci è rivulo Merſtonenſi in Northamptoniâ.

1227. DENTALIS foſſilis minor, ſive Tubularia cornea aut marmorea minor, coloris ſublividi. E lapicidinâ Witnienſi.

1228. TUBULARIA QUADRANGULA vulgaris. E fodinis Couleanis.

1229. — E fodinâ quâdam Tegularum propè *Giddy-Hall* in agro Wiltonienſi.

1230. — E lapicidinis Witnienſibus.

1231. — Rubiginoſi coloris è ſabuleto Faringdoniano.

1232. — Sublutei, è puteo quodam juxta *Maſſon* non procul oppido *Highworth* apud Wiltonienſes.

1233. — Cinerei è rivulo Merſtonenſi in Northamptonia ſæpius memorato.

1234. Tubularia pentagona ſive ad *Aſteriam* paulatim accedens. *Ibid.*

1235. PERTUSILLA TETRAGONA. An fortè capitulum tubuli quadranguli. *Ibid.*

CLAS-

CLASSIS OCTAVA.

MALACOSTRACA,

SEU,

FOSSILIA,

Ad cruſtacea Forcipata referenda.

CAPS. XVIII.

Hujus etiam claſſis hucuſque in noſtrâ inſulâ repertorum, non adeò amplus eſt numerus: quamvis longè plura diligenti ſcrutinio inveniri poſſe non eſt quod dubitemus. De hactenus autem viſis notatu dignum eſt, quòd ſint omnia vel cancrini generis animalium exuviorum articuli; vel articulorum fragmenta. Binas ſiquidem loricæ vertebras commiſſas, rarò admodum ſi unquam obſervare licuit; multò minùs cataphractam integram. Quoad magnitudinem minora ſunt quæ nobis occurrebant; coloris pleréque albidi aut ſublutei; cinerei aliàs, aliàs planè anthracini.

1236. ASTACOPODIUM majus Barringtonenſium, ſeu Forſicula exterior, ſubalbidi coloris, major. E lapicidinis Barringtonianis in comitatu Gloceſtriæ attulit ſingularis ingenii juvenis D. Gulielmus *Rowlands*, Muſei Aſhmoleani procuſtos. Nihil autem eſt quam Brachii neſcio cujus Aſtaci aut Locuſtæ Foſſilis, articulus, extimus & maximus.

1237. — Ejuſ-

1237. ——Ejuſdem ſpecimina minora, ex iiſdem fodinis.

1238. Aſtacopodium aſperum anthracinum ſtriâ duplici obliquè exaratum. An fortè Brachii cujuſdam locuſtæ bini articuli conjuncti? A litore Sabriniano juxta *Pyrton-Paſſage* in agro Gloceſtrenſi. *

1239. CARCINOPODIUM minus clavellatum; ſeu brachii cujuſdam cancri exigui forficula exterior, inferiori margine clavellis quibuſdam minimis donata. E puteo Chaulienſi propè *Cumner* in Bercheriâ. *

1240. ——Idem, è fodinis Bullingtonianis juxta Oxonium.

1241. ——Specimen minimum ſpoliatum, è fodinâ Stunſfeldienſi.

1242. ——Dimidiatum, eleganti teſtulâ quoad partem obductum, è fodinâ Witnienſi.

1243. ——Bullatum nigricans: ſeu minus, atrorubens, clavellis exiguis undique ſtriatum. E Sabuleto Faringdonenſi.

1244. Calculus carcinopodium referens. An forte carcinopodium ſpoliatum? *Ibid.*

1245. Brachii cujuſdam locuſtæ poſterioris ARTICULUS ſecundus vel tertius fractus. E fodinâ Barringtonenſi.

1246. Locuſtæ FORFICULA (vel SERRULA) interior. E fodinis Stunsfeldianis. *

1247. Carcinopodii ANSULA, ſeu cornicula nullam teſtæ corruptelam paſſum. Ex arenoſis Marchamiæ lapicidinis in agro Bercherienſi.

1248. ——Specimen minimum, è fodinis Viridarii Bullingtonienſis.

1249. Carcinopodii FORFICULA interior lævis, ſeu non ſerrata. E fodinis Barringtonianis.

1250. ——Eadem, è fodinis Uptonienſibus propè Burfordiam.

1251. ——E fodinis tegularum Stunsfeldianis juxta Vodoſtochiam.

1252. Carcinopodium exiguum anthracinum. A Sabuleto quodam ad pagum *Oxenden* in Northamptoniâ. *

1253. Chelarum foſſilium lutulenta quædam fragmina, è fodinis Bullingtonianis.

1254. Forficula interior compreſſa & punctulata. E Lithotomiis Witnienſibus. *

1255. Forficulæ cujuſdam interioris nucleus, ſeu Apographum lapideum. E Sabuleto Faringdonenſi. *

1256. DORSUALE aſperum, ſeu bullulatum anthracinum minus. Juxta *Pyrton-Paſſage* in litore Sabriniano invenimus ſed rariſſimè. Locuſtæ cujuſdam Foſſilis minoris armaturæ dorſalis, ſegmentum eſt poſterius: anterius autem, ſeu HUMERALE nondum invenire contigit.

CLASSIS

CLASSIS NONA.

ICHTHYODONTES CUSPIDATI.

CAPS. XIX.

Hoc titulo deſignari voluimus Foſſiles quoſcunque piſcium dentes inciſores; quorum immenſam copiam fodinæ Anglicanæ ſuppeditant. Imò aliquando (ſicut & reliqua hujus Catalogi Foſſilia) in ſummo terræ corio ſe ſiſtunt: quamvis id præcipuè fiat vel ad maris litora, vel ad fluviorum ripas; ubi aquarum inundationibus eviſcerata terra, quæ diu antea diſſimulaverat Cimelia, in apricum proferre cogitur. Ichthyodontes Cuſpidati in ſagittatos (*paucis exceptis*) *&* plectronarios *dividi poſſunt. Prioris generis ſunt qui Gloſſopetrarum nomine jamdudum innotuere. Plectronarios autem dicimus dentes quoſdam teretres gallinacea plectra quodammodo referentes: quos idcirco* plectronitas *conſuevimus appellare; ſub eoque nomine quatuor abhinc annis in Actis Philoſ. Lond. delineari curavimus. Omnes cujuſcunque generis Ichthyodontes à reliquis Foſſilibus piſcium oſſibus, nitore inſigni, quàm facilè dignoſcuntur. Marmoris enim inſtar politiſſimi ſunt, & quaſi oleo obducti reſplendent: viventium oſſium prærogativâ in Foſſilibus ſatis integrè ſervatâ.*

† 1257. GLOSSOPETRA eburnea ſerrata maxima Melitenſium. Longitudine eſt quatuor unciarum cum dimidio; ad radicem tres uncias lata; verſus mucronem unam. Ex *Melite* attulit Clariſſ. Raius, nobiſque inter alia plurima donavit; benevolentiæ ſuæ mnemoſyna

moſyna æternum colenda.

† 1258. Gloſſopetra Melitenſis falcata lævis minor. Ab eodem.

1259. Gloſſopetra maxima cuneata Cantianorum: ſive anthracina, lævis, quatuor unciarum longitudine; mucrone obtuſo. *

1260. Gloſſopetra roſtrum corvinum referens auriculata: ſive GRACIRRHYNCHUS vulgaris rectus; appendicula ad radicem utrinque donatus. Sheppeiæ Cantianorum inſulæ in litore invenimus; ubi pueris & mulierculis nomine *Crampſtone* (quo & ſequentes indigitant) notiſſimus eſt lapis. *

1261. —— Ejuſdem ſpecimen radice in vulgari quodam calculo ſepultâ; emergente propemodum utroque corniculo. *Ibid.* *

1262. Gracirrhynchus minor recurviroſter; ſive mucrone ſurſum reflexo. *Ibid.* *

1263. Gracirrhynchus atronitens, cernuus: ſive acuminatus corneus, mucrone acuto, deorſum vergente. *Ibid.*

1264. Gracirrhynchus falcatus vulgaris. *Ibid.* Hæc ſpecimina dextrorſum falcantur. *

1265. —— Ejuſdem ſpecimina ſiniſtrorſum falcata. *Ibid.* *

1266. Gloſſopetra picæ linguam referens, ſive ORNITHOGLOSSUM ſeſſile vulgare. Gloſſopetra minor. Ophiogloſſum petræum, &c. Wagneri, p. 310. *Ibid.* *

1267. —— Ejuſdem ſpecimina latiuſculè mucronata. *Ibid.*

1268. —— Recurviroſtra, ſive mucrone ſurſum arcuato. *Ibid.*

1269. Ornithogloſſum falcatum vulgare dextrorſum ſiniſtrorſum. *Ibid.*

1270. Ornithogloſſum recurviroſtrum minimum. *Ibid.* *

1271. Ornithogloſſum minus ſinuoſum. *Ibid.*

† 1272. Ornithogloſſi ſeſſilis vulgaris ſpecimina minora eburnea. Ex inſulâ Melitenſi.

1273. —— Idem, è lapicidinâ Coxalenſi juxta Faringdoniam.

1274. —— E fodinis cretaceis Cantianorum.

† 1275. Gloſſopetra crenata minor SERRELLA condicta Melitenſium. A D. *Ray* (uti omnes noſtros Melitenſes) accepimus.

1276. Serrella cornea Sheppiana Gloſſopetris minimis annumeranda. Propè *Minſter* in litore Sheppiano invenit D. *Jones.* *

1277. Serrella compactilior atrorubens; ſive minor craſſiuſcula Charltonienſium. *

1278. Gloſſopetra acanthina radice ſeſſili crenata: ſive minimam femoralium fibulam referens, in radicem ſeſſilis. E Sabuleto Faringdonenſi. *Coloris eſt aliquando ſtraminei, ſeu ex eburneo ſublutei; ſed plereque atrorubentis. Radice privata ſunt quæ vulgò occurrunt exemplaria.*

1279. —— Eadem cornei cujuſdam coloris, è fodinis Marchamenſibus. *

1280. Gloſſopetra tricuſpis mucronata; ſeu nigricans ſubviridis TRIDENTULA dicta minimis adnumeranda. *Ibid.* *

1281. Gloſſo*

1281. Gloſſopetra, è minimis polyacantha; ſeu tribus vel quatuor denticulis ad radicem armata. *Ibid.*

1282. ——— Eadem nigri coloris, è fodinâ Cowleanâ.

1283. Gloſſopetra minima palmata, ſeu tridactyla, vel etiam pentadactyla obtuſa; radice ſeſſili donata. Gloſſopetra tricuſpis non ſerrata Liſteri. Act. Philoſ. Ang. N. 110. Fig. 1. E Sabuleto Faringdonenſi. *

1284. ——— Ejuſdem duo exemplaria, maxillarum fragminibus adhærentia. *Ibid.* *

1285. ——— Varia earundem maxillarum fruſtula, dentibus ſpoliata. *Ibid.*

1286. Gloſſopetra Zygenæ piſcis dentem referens: ſeu acanthina vulgatior Marchamenſium, ex arenoſis Marchamiæ lapicidinis.

1287. ——— Ejuſdem ſpecimina atrorubentia, ſeu coloris ad Granatum accedentis. *Ibid.*

1288. ——— Omnium minima ex iiſdem fodinis, cum aliis, è Sabuleto Faringdonenſi.

1289. ——— Minima anthracini coloris, è lapicidinâ Dintonianâ apud Buckinghamenſes.

1290. ——— Specimen majus, è fodinâ quâdam tegularum in Parochiâ Eſtoniæ apud Wiltonienſes.

1291. Gloſſopetra, è minimis falcata. E fodinis Marchamenſibus.

1292. ——— Eadem, è fodinis Baſiſſeianis.

1293. ——— Specimen majuſculum, è Sabuleto Faringdoniano.

1294. Ichthyodontium *Metamorphoſis*; ſeu Gloſſopetrarum in vulgares calculos abeuntium ſpecimina. E fodinis Marchamenſibus.

1295. Gloſſopetræ Zygenianæ varia ſpecimina coloris nigri, fuſci aut ſubviridis. E fodinis Garvordienſibus.

1296. ——— E fodinis Cowleanis, pro loci conditione albis maculis infecta.

1297. Gloſſopetræ Acanthinæ ſeſſilis varia ſpecimina radicibus ſpoliata. E Sabuleto Faringdonenſi. Vid. Num. 1277.

1298. ——— Eadem, è lapicidinis Cowleanis, albis maculis vitiata.

1299. Gloſſopetra, è minoribus cuneata, ſive obtuſa Zygeniana Stunsfeldienſium coloris hepatici.

1300. ——— Vide 1279. E lapicidinis Bullingtonianis.

1301. Gloſſopetræ acanthinæ vulgatioris ſpecimen, fuſci coloris; è puteo Chaulienſi.

1302. ——— Ejuſdem alia ſpecimina, è fodinis Witneienſibus.

1303. ——— Minora quædam, è lapicidinâ quâdam ad pagum *Langley*.

1304. ——— { *a. Haley.* *b. Charlburrough.* *c. Midlefield.*

1305. ——— E fodinâ Charltonianâ coloris anthracini.

1306. ——— Minima, è lapicidinâ Desburienſi in Northamptoniâ.

1307. ——— Propè *Sylveſton* in eodem Comitatu.

1308. —— *Stafford-Grove*, juxta Oxonium.

1309. EPHIPPIARIA (ſive Gloſſopetra ſellulam equeſtrem referens) major. E fodinis tegularum Stunsfeldienſibus. *

1310. Ephippiaria minor. *Ibid.* *

1311. —— Eadem, è fodinis Marchamenſibus.

1312. Ephippiaria longiuſcula, latiroſtra; ſive productiori formâ, anatino roſtro inſignita, cum alio (ut videtur) exemplari degenere, è vulgari calculo ſiliceo conflato. *Ibid.*

1313. CALOPODIUM, ſive Gloſſopetra tuberoſa ſutoris muſtriculam referens. E lapicidinâ Garvordienſi. *

1314. —— Ejuſdem ſpecimen minus, degener. E fodinâ Cowleanâ.

1315. Calopodium minus vulgare. E fodinis Marchamenſibus.

1316. —— Specimen minimum, è Sabuleto Faringdonenſi.

1317. Gloſſopetra fuſca, ſeu minus nitida à fœniſecæ falcis ſimilitudine, FALCATULA dicta. E lapicidina quadam ad Villam *Great Coxal*, juxta Faringdoniam.

1318. PLECTRONITES maximus corticeus, ſeu ROSTRAGO maxima, quod roſtrum quoddam avis ſimulare videatur, * ſic dicta. E Sabuleto Faringdonenſi. *Integra hujus dentis ſpecimina nondum invenire contigit: nec enim aliud eſt quam fragmentum cujus iconem dedimus; figura eſt in triquetrâ quadam, pyramidali; longitudine duas uncias, tres in ambitu ad baſim complectens. Perioſteo arboreum quendam corticem mentiente, obducitur; ab inferiori parte eminulis quibuſdam lineis per longitudinem ſtriato.*

1319. Roſtrago major lævis, radice umbilicatâ. *Ibid.*

1320. Roſtrago minima argutè admodum ſtriata; radice quaſi ex obliquo reſectâ. In lapicidina ſæpius laudata juxta *Baſie's Leigh*, unicum tantum ſpecimen invenimus.

1321. Plectronites breviuſculus radice admodum ſeſſili; ſeu compactilior eleganter ſtriatus, patellam quandam aduncam nonnihil referens. Faringdoniæ cum penultimâ. *

1322. —— Ejuſdem varietas minima. *Ibid.*

1323. Plectronites latiuſculus minutè admodum ſtriatus; mucrone Hippopotami dentium ritu complanato. *Ibid.* * *Coloris eſt caſtanei. Ab utroque latere fimbriâ quadam, ſeu lineâ aliquatenus prominenti inſignitur.*

1324. —— Ejuſdem varietas minor mucrone integro. *Ibid.*

1325. Plectronites major altiuſculè ſtriatus mucrone obtuſo. Vid. Act. Phil. Lond. Num. 200. E fodinis Stunsfeldienſibus.

1326. —— Idem, è fodinis Bullingtonianis.

1327. Plectronites pectinatim ſtriatus, è maximis; belemnitæ ad inſtar excavatus. E lapicidinâ quâdam ad Villam *Sandford*, juxta Academiam.

1328. Plectronites belemnitam referens compreſſior, ab utroque latere excoriatus. E fodinis Stunsfeldienſibus. *

1329. Plectronites major ſpoliatus, ſive fuſcus aut verſicolor minimi

minimi digiti craſſitie, marmoris inſtar expolitus. E lapicidina Garvordienſi. *

1330. ——Ejuſdem exemplaria minora quæ longè frequentiùs occurrunt. *Ibid.*

1331. Plectronites vulgaris, ſeu ſtriatus medius mucrone paulò acutiore. E Sabuleto Faringdonenſi.

1332. ——Ejuſdem varietas elegantiùs ſtriata: acuminato paululùm utrinque mucrone. E lapicidinâ Desburienſi in Northamptoniâ.

1333. ——Idem prorsùs, è fodinâ quâdam tegularum ad pagum *Gagingwell* in agro Oxonienſi. *

1334. ——E fodinis Stunſfeldianis in eodem Comitatu.

1335. —— Witneienſibus rufeſcenti colore perelegans.

1336. ——Coloris rufi, anthracini & cinerei, è fodinis Charltonianis.

1337. ——E fodinis Marchamenſibus apud Bercherianos.

1338. ——Specimina ſpoliata quæ longè copioſiùs in iiſdem lapicidinis inveniuntur. Plectronites lævis mucrone paulò acutiore. Act. Phil. Angl. Num. 200.

1339. ——Eadem, è fodinis Baſiſleighianis.

1340. —— Propè *Kingſtone-June* in eadem vicinià.

1341. Plectronitarum varia ſpecimina prioribus quibuſdam conſimilia; è fodinis Cowleanis.

1342. Plectronites minimus aculeatus. E fodinis Marchamenſibus.

1343. ——Idem, ruffi coloris, è Sabuleto Faringdoniano.

1344. ——E Sabuleto juxta ambulacra Academica. *

1345. —— E lapicidinâ quâdam ad pagum *Langley*.

1346. Plectronites exiguus clavellatus; ſeu omnium minimus anthracinus, argutè admodum ſtriatus, minutulum clavum referens. E lapicidinâ Dintonianâ in tractu Buckinghamenſi.

1347. Plectronites clavellatus lævis, *Catuli* ſalviani dentulis nonnihil ſimilis. E fodinis Marchamenſibus.

1348. Plectronites minimus Gloſſopetræ radice: ſeu potius Gloſſopetra minima ad Plectronitas accedens. A litore Sabriniano, juxta *Pyrton-Paſſage*, ſæpiùs laudato.

1349. ——Vid. 1324. Hujus enim ſpecimen eſt, quamvis aeris injuriâ exeſum, & dehoneſtatum. Ad Villam *Touſey* juxta Thamiam in agro Oxonienſi.

1350. Plectronites Phocænæ dentem referens, ſeu radice rubiginoſa ratellata. E Sabuleto Faringdonenſi.

1351. Ichthyodontis cujuſdam ignoti, à ſuturâ ad marginem acupicta SUTULARIA dicti, fragmentum. E lapicidinâ quâdam propè *Witney* habuimus, ſed rariſſimè occurrit. *

1352. Plectronitæ aliquatenus affine RUTELLUM impicatum, ſeu Ichthyodos anomalus mucrone palam referente piceo ſplendore conſpicuo. E fodinâ Caſinwellianâ juxta *Witney* agri Oxonienſis oppidum. *

1353. Ichthyodos minimus eburneus, glandulari capitello inſignis: ſeu GLANDELLARIA eburnea. E Sabuletis Academi-

cis. Elegantulus eſt Ichthyodos nec præcedenti minus rarus.

1354. Glandellaria anthracina calyculata radice. E quadam lapidum fodinâ ad pagum *Touſey* ſupra memoratum.

1355. ——Eadem, è lapicidinâ Dintonianâ apud Buckinghamenſes.

1356. Glandellaria unguiculata. E Sabuleto Faringdonenſi.

Nuper comperimus non aliud quam hujus lapidis mucronem fuiſſe quem Gibbi nomine delineavimus in Adverſariis Londinenſibus. N. 200. *Fig.* 1.

1357. Plectronitarum in vulgares calculos degenerantium exemplaria. E Sabuleto Faringdonenſi.

1358. ——E fodinis Marchamianis.

CLASSIS

CLASSIS DECIMA.

ICHTHYODONTES SCUTELLATI.

CAPS. XX.

Scutellatos *dicimus molares cujuſcunque generis piſcium dentes foſſiles: ſive ii orbiculati, umbonati, vel Scaphoides ſint; ut* Bufonitæ; *ſive anguloſi, ut qui* Rhombiſcus *dicitur; ſive Legumimum fructus referant, ut Siliquaſtra. Hiſce quidam fortuitò in eâdem capſulâ, acceſſere; rectiùs forſan ſuperioribus annumerandâ: ut* Scalpellus, Acanthiodos, &c. *Ichthyodontes autem Scutellati, in cretoſis & calcariis (maritimis putà Angliæ regionibus) nobis nondum comparuere. In Mediterraneis verò uti* Oxoniâ, Northamptoniâ, Gloceſtriâ, Bercheriâ, & Buckinghamiâ, *cuſpidatis non minùs copioſè eruuntur. Prioribus omninò deſiderari non audeo aſſerere, cùm non eandem hactenus luſtrandi eas regiones, ac reliquas occaſionem habuerim. At certè ſi dantur, neceſſe eſt aut rariores ſint, aut ſub aliâ quâdam ſpecie perſonati: quod quidem foſſilibus effigiatis ſubinde accidiſſe novimus. Multùm enim diſtat* Volvola, *ſeu* Entrochus *fodinarum cretæ apud Cantianos, à vulgari ſeptentrionalium & occiduæ Britanniæ: nec propiùs conveniunt* Aſtropodia *quæ in Auſtralibus effodiuntur cum iis quæ in plumbifodinis Cumbriæ inveniri, ad Claſſem ſextam monuimus. Sed de hiſce aliàs.*

† 1359. BU-

† 1359. BUFONITES medius caſtanei coloris Melitenſium: ſeu caſtaneus minimùm aut non omnino excavatus. E Melite inſulâ ubi *Occhio di Serpe, ſeu Oculis Serpentis* audit.

† 1360. —— Ejuſdem ſpeciminum minorum congeries. *Ibid.*

† 1361. Bufonites minor, è caſtaneo ſubfuſci coloris. *Ibid.*

1362. Bufonites majuſculus atrorubens inſtar capſulæ glandis quercinæ. Act. Phil. Lond. Num. 200. fig. 6. Lapidis Bufonis varietas prima apud Anſhelmum Boetium delineata. p. 301. *Pietra di roſpo di figura circolare* Imperati p. 661. E ſabuleto Faringdonenſi.

1363. Bufonites medius orbiculatus ſeu vulgatior Anglicus coloris exalbidi. Act. Phil. Lond. N. 200. fig. 8. *Ibid.*

1364. —— Idem paulò compreſſior hepatici coloris, alveolo rubiginoſo. *Ibid.*

1365. —— Ejuſdem varietas rotularis; ſive alveolo utrinque donata. Act. Phil. Lond. N. 200. fig. 27. *Ibid.*

1366. —— Pallidi coloris, maculâ centrali cruentâ inſignis; nigrâ (vel atrorubenti) faſciolâ fimbriatus. *Ibid.*

1367. — Specimina paulò minora è fodinis Garvordianis.

1368. Mandibulæ foſſilis fragmentum cum adnatis tribus hujus ſpeciei Bufonitis. Vide Act. Lond. N. 200. fig. 9. *Ibid.*

1369. Varii coloris, nigri ſcilicet, fuſci, hepatici, pallidi, cærulei, & variegati exemplaria; è fodinis Marchamenſibus.

1370. Diverſæ magnitudinis fuſca, cæruleis maculis fœdata; è fodinis Cowleanis.

1371. —— E Sabuletis juxta ambulacra Academica, fuſci etiam aut hepatici coloris.

1372. —— Paulò minora. Ejuſdem ferè coloris, è fodinâ quadam lapidum ad pagum *Haley*.

1373. —— Eleganter variegata è lapicidina Middlefeldianâ.

1374. —— Hepatici coloris immaculata. E fodinis Stunſfeldianis.

1375. —— E lapicidinis Witnienſibus, cum exemplaribus quibuſdam coloris anthracini.

1376. — Specimen exiguum è Lithotomiis Swingdonianis pè Burfordiam.

1377. — Exiguum mandibulæ fragmento adnaſcens, è fodinis Marchamenſibus.

1378. — Minima exemplaria varii coloris & figuræ, è ſabuleto Farindoniano.

1379. Bufonites exiguus umbonatus, Turdi vulgaris denticulos molares referens. E fodinâ quâdam lapidum juxta *North-Leigh*.

1380. — Idem calículo ſtriato longiuſculò donatus. Act. Phil. Lond. Num. 200. fig. 11.

1381. — Specimen majuſculum prope *Baſie's Leigh*, è medio ſaxo erutum.

1382. Bufonites orbiculatus rugoſus, ſeu à parte convexiori areolâ quadam inſignitus. *. E ſabuleto Faringdonenſi. Hujus ſpecimen minimum vide in Adverſariis Londinenſibus delineatum N. 200. fig. 9.

1383. Bu-

1383. Bufonites TROCHILUS dictus; ſeu minor Trochili ad inſtar faſtigiatus Act. Phil. Lond. Num. 200. fig. 10. *Ibid.*

1384. Bufonites ſcaphoides extremo altero latiore Act. Phil. Num. 200. fig. 12. *Pietra di Roſpo di figura ovale* Imperati. p. 661. E fodinis Witnienſibus. *Coloris ex anthracino ſubviridis.*

1385. — Idem coloris ex eburneo ad caſtaneum vergentis; cum aliis diverſorum colorum exemplaribus.

1386. — E ſabuleto Faringdoniano.

1387. — E lapicidinis Marchamenſibus.

1388. — Stunsfeldianis.

1389. — Coloris hepatici è fodinâ quâdam juxta *Middlefield* effoſſus.

1390. — Specimen minus anthracinum è lapicidinâ Halienſi.

1391. — Varia ejuſdem coloris exemplaria è fodinis Charltonianis.

1392. — Majuſcula è puteis Garvordienſibus.

1393. — E lapicidinâ quâdam Woodſtochianâ.

1394. — Caſtanei coloris Uptoniæ juxta Burfordiam inventus.

1395. — Variæ figuræ ſpecimina mandibulæ adhærentia; è fodinis Stunsfeldianis. *

1396. — Eadem coloris anthracini è fodinis Charltonianis.

1397. — Minima coloris hepatici; è lapicidinis Witneiæ & Stunsfeldiæ.

1398. Bufonites ſcaphoides rugoſus, ſeu areolâ quâdam aſperâ à parte convexiori exaratus. E ſabuleto Faringdoniano.

1399. Bufonites ſcaphoides ad cylindrum paulò accedens. *Ibid.* *

1400. Bufonitæ 1369. Specimina hepatici coloris; è lapicidinis Bullingtonianis.

1401. — Minimi moduli; è fodinis Charlburienſibus.

1402. — Paulo majora coloris fuſci; è fodinis Brillianis apud Buckinghamenſes.

1403. — Juxta Hamburiam Oxonienſium.

1404. — E fodinâ quâdam ad pagum *Langley* in eâdem vicinâ.

1405. — Minima coloris anthracini; è lapicidinâ Fritwellenſi.

1406. — Ejuſdem coloris & magnitudinis; è fodinis Thamenſibus.

1407. — Dintonianis medio itinere inter Thamiam & Ælsburiam apud Buckinghamenſes.

1408. Mandibulæ foſſilis fragmentum, bufonitis minimis anthracinis confertim clavellatum. *Ibid.*

1409. — Ejuſdem ſpecimen minimis etiam colore ad granatum accedenti interſtinctum. E ſabuleto Faringdonenſi. *

1410. — Idem cum Num. 1369. unà cum ſcaphoidis vulgaris fragmento, è Lithotomiis quibuſdam propè *Barnſley-Inn* apud Gloceſtrenſes.

1411. — Minutioris moduli, coloris hepatici, è fodinis Rancianis in Northamptoniâ.

1412. — Scaphoidis & orbiculati medii ſpecimina varii colo-

coloris; è lapicidinâ Desburgenſi in eodem Comitatu.

1413. Bufonitæ orbiculati medii COMPAR, ſeu capſula inferior, vivente piſce, in mandibulâ condita. E ſabuleto Faringdoniano.

1414. Bufonites ſiliculatus, ſive longiuſculus incurvatæ figuræ minutam ſiliquam nonnihil referens. E fodinâ Coxalenſi juxta Faringdoniam. Coloris eſt anthracini vel ex atro ſubrubentis. *

1415. Bufonites ad piſolithos accedens; ſeu nullatenus excavatus, formæ è globulari conoide; ad mucronem verſicolor. In lapicidinâ Witnienſi; at ſemel tantum invenimus. *.

1416. Ichthyodos quidam latiuſculus lamellatus; ab acuminato & margine & utroque mucrone ACUTELLA dictus. E lapicidinâ Thamenſi. *

1417. ACANTHIODOS, ſive Galæi Spinacis vel Acanthiæ Rondeletii, Dens foſſilis majuſculus atrorubens. E fodinis Witnienſibus.

1418. ——Ejuſdem varietas altera, è fodina Caſwellianâ, Witneiæ vicinâ.

1419. ——Fragmenta; è fodinis Thamenſibus, coloris nigerrimi.

1420. ——Speciminis maximi fragmentum, è lapicidinâ Brillianâ apud Buckinghamenſes.

1421. Acanthiodonti congener RHOMBISCUS major ſive uncialis. E fodina Caſwellianâ juxta Witneiam.

1422. ——Idem è fodinâ quadam Iſlipienſi.

1423. —Fragmentum pellucidum, è lapicidina Thamenſi.

1424. ——Variæ magnitudinis, coloris plerumque atrorubentis, è ſabuleto Faringdoniano.

1425. ——Teſtudineus maculâ pallidè cæruleâ inſignitus. E lapicidinis Charltonianis.

1426. ——Anthracinus, è fodinis Garvordenſibus.

1427. Rhombiſcus minor ſive medius, &c. Act. Phil. Lond. N. 200. fig. 15. Charltoniæ cum penultimâ.

1428. ——Coloris atrorubentis minimis adnumerandus. E fodinis Marchamenſibus.

1429. ——Teſtudinei; è lapicidinâ Halienſi propè Witneiam.

1430. ——Minutulum ſpecimen juxta *Middlefield* effoſſum.

1431. ——E lapicidinâ Dintonianâ apud Buckinghamenſes ubi copioſius quam aliubi obſervavimus.

1432. —Fragmenta; è fodinis juxta *Witney* & *Middlefield*.

1433. OSTRACION majus rufeſcens Faringdonenſium. An forte Rhombus quidam maximus ſpoliatus?

1434. Oſtracion minus olivacei fere coloris, è lapicidinis Marchamenſibus.

1435. Acanthiodonti affinis LUCERNARIA ſtriata, *Ibid.* Lamella eſt figuræ quodammodo quadratæ teſtudinis operculi fragmentum referens; inſtar rhombuli laternæ pellucidæ; undè lucernariæ nomen ei tribuimus, quamvis fractus ſit lapillus, an integer non ſatis conſtat.

1436. ——Eadem è fodinâ Witnienſi.

1437. SCAL-

1437. SCALPELLUS major anthracinus. E fodinâ Charltoniana.

1438. Scalpellus minor verſicolor. *Ibid.* Hujus iconem vide in Adverſariis Phil. Lond. N. 200. F. 16.

1439. Varia Ichthyodontium fragmenta, à vulgaribus calculis haud facilè dignoſcenda. E fodinis Marchamenſibus.

1440. SILIQUASTRUM phaſeolatum ſeu ad phaſeoli valvulum quodammodo accedens. Act. Phil. Lond. Num. 200. fig. 1. E lapicidinis Witneienſibus. Hoc ſpecimen quod ipſum eſt cujus extat figura & deſcriptio in Act. Lond. ſupernè anthracini coloris eſt; ad marginem vireſcens; ſubtus rubiginoſum.

1441. Idem coloris fuſci, radice (h. e. rubiginoſâ à parte inferiori appendice) ſpoliatum. E fodinis Stunsfeldianis.

1442. ——Ejuſdem varietas altera. Act. Phil. Lond. num. 200. fig. 1. *Ibid.* *.

1443. Siliquaſtrum phaſeolatum anguſtiſſimum *Ibid.*

1444. Siliquaſtrum tenue longiuſculum in dorſo ad cylindrum vergens.

1445. Siliquaſtrum piſi ſiliquam referens ſubviride vibrato margine inſignitum. Act. Phil. Lond. Num. 200. E fodinis Witneienſibus. *

1446. ——Idem coloris anthracini. *Ibid.*

1447. —— Specimen anguſtius è lapicidinis ad pagum *Gagingwell* effoſſum.

1448. —— Latiuſculum ſeu lupini valvulo æmulum. Act. Phil. Lond. N. 200. fig. 2. E fodinis Rancianis in Northamptoniâ. *

1449. —— Omnium quotquot vidimus maximum; duas uncias (ſi quadrantem excipias) longitudine; latitudine unam complectens; coloris nigri radice ſpoliatum. E fodinis Stunsfeldianis.

1450. — Mediocria, ſeu vulgatiora fuſci coloris exemplaria; ibidem effoſſa.

1451. — Marmorea ſeu læviſſimè expolita; coloris aliàs fuſci aut hepatici, aliàs è luteolo ſubviridis, variæ magnitudinis. *Ibid.*

1452. Radice ſulculis tranſverſis leviter exaratâ. E lapicidinis Garvordienſibus.

1453. Num. 1439. Specimen majuſculum vulgare ſeu minus elimatum. E fodinâ Graftonienſi in Northamptoniâ.

1454. —Fragmenta ad villam *Desburrough* in eodem Comitatu effoſſa.

1455. —Fragmentum è lapicidinâ quâdam Bracleiæ oppido vicinâ.

1456. Lupinati ſpecimen minus, coloris è cinereo ſubfuſci; perpendiculari margine; argutè admodum rugoſâ; propè *Stoke-Bruon* in eodem comitatu; unà cum fragmentis quibuſdam coloris anthracini, aut ex nigro & cæruleo variegati.

1457. Ejuſdem coloris anthracini propè *Sylveſton* in Northamptoniâ itidem effoſsâ.

1458. —— E fodina Fritwellianâ apud Oxonienſes.

1459. —— Ex nigro ſubviride, è lapicidinis Charltonianis.

1460. — E fuſco & cæruleo variegatum, propè Enſamiam aratro erutum.

1461. —— Specimina minutiora è fodinis Stunsfeldianis.

1462. —— Witneienſibus.

1463. —— Juxta *Hanſlip* in Northamptoniâ.

1464. — E ſabuletis Oxonienſibus (ubi raro admodum occurrit) coloris ex fuſco ſubalbidi.

1465. — Siliquaſtrum luteum, &c.

1466. Siliquaſtrum minimum vibratum. E lapicidinâ Ranciana Northamptoniæ.

1467. Siliquaſtrum minus gibboſum ſubtenue, ſeu vulgari ſimile arcuatum anguſtiùs.

1468. —— E lapicidinâ Bracleanâ in eâdem provinciâ.

1469. — E fodinis Witneienſibus apud Oxonienſes.

1470. —— Stunsfeldianis *Ibid.*

1471. —— Ejuſdem varietas gibboſior ad *gibboſum tortile* accedens. *Ibid.*

1472. — E lapicidinâ quâdam juxta *Boughton* in Northamptoniâ.

1473. Siliquaſtrum gibboſum ex albido rufeſcens, ſabuletorum, radice inſigni donatum. E ſabuleto Faringdoniano.

1474. Varietas altera hepatici coloris. *Ibid.*

1475. —— Fuſci, è lapicidinâ Garvordianâ.

1476. Siliquaſtrum SILO condictum: ſeu recurviroſtrum gibboſum, ſtrigâ quâdam à dorſo ad mucronem procurrente. Witneiæ ſed rariùs invenimus.

1477. —— Idem è fodinis Stunsfeldianis.

1478. —— Lividi coloris [*Damſon colour*] è fodina Desburgenſi in Northamptoniâ.

1479. — E lapicidinâ quâdam ad viam Londinenſem propè *Barnſley-Inn* in Comitatu Gloceſtriæ.

1480. Siliquaſtrum gibboſum tortile. E ſabuletis Oxonienſibus.

1481. Siliquaſtrum PORTELLARIA dictum, ſive gibboſum marmoreum Act. Soc. Reg. N. 200. fig. 4. E lapicidinâ Garvordianâ.

1482. Siliquaſtrum tortile gibboſum, minutis punctulis ſubindè conſperſum, ſeu ſiliquaſtrum marmoreum *Punctularia tortilis* dictum Act. S. R. Num. 200. fig. 4. *. E fodinis tegularum ad pagum *Stunsfield* propè Wodſtochiam.

1483. —— Varia ex iiſdem fodinis ſpecimina: majuſcula minora; magis aut minùs expolita; radice inſigni notanda, eâdem ſpoliata; coloris nigri, albidi, hepatici, ſubviridis aut variegati.

1484. —— Coloris exalbidi è lapicidinis Marchamenſibus.

1485. —— Garvordianis.

1486. —— Nigra maculis albidis, vel ſubcæruleis infecta; juxta *Rance*, *Stanwick*, *Ruſhden*, & alibi in Northamptoniâ, effoſſa.

1487. Siliquaſtri tortilis gibboſi varietas, ad *triangulare* minùs accedens; ob extremum alterum quaſi oblique reſectum, LIMULARIA dicta. E fodinis Stunsfeldianis.

1488. Si-

1488. Siliquaſtrum minus triangulum; ſeu minus, conchæ adinſtar roſtellatum. Act. Phil. Num. 200. fig. 3.

1489. —— E lapicidinis Witneienſibus ſpecimina alia, coloris albidi, polita; alia anthracini rugoſa.

1490. —— Coloris nigri pallidè cæruleo maculati ad pagum *Middlefield*.

1491. —— Minoris moduli ſpecimen ejuſdem coloris ad Charltoniam effoſſum.

1492. —— Majuſculum propè *Stanwick* in Northamptoniâ.

1493. Siliquaſtro congener RICINUS; ſeu ſiliquaſtrum minus, inſtar ſeminis Phaſeoli. Act. Phil. Num. 200. fig. 5. E fodinis Stunsfeldianis. *Colore ut cætera variat.*

1494. —— Specimina Limacis nigri corio obducta, è lapicidinis Witneienſibus. 1494.

1495. —— Ejuſdem coloris faſciolâ albida fimbriatus; è fodinis Charltonianis.

1496. —— Coloris exalbidi, è lapicidinis Uptonianis juxta Burfordiam.

1497. Ricino accedens ſiliquaſtrum umbonatum ſeu ſcutulatum minimis adnumerandum. Stunsfeldiâ & Charltoniâ. *

1498. Siliquaſtrum umbonatum longiuſculum. E lapicidinâ quâdam ad Caſtrum Beverlianum, apud Gloceſtrenſes. *

1499. Siliquaſtrum aſellarium, ſeu minimum, Aſello inſecto nonnihil ſimile. E lapicidinâ Charltonianâ.

1500. Siliquaſtrum minimum punctulatum ARQUATULA dictum. Marchamiæ tantum unum ſpecimen invenimus. *

1501. Siliquaſtrum Bufonitam orbiculatum minorem referens. E fodinis quibuſdam ad pagum *Middlefield*.

1502. Siliquaſtrum minimum orbiculatum marmoreum; minutiſſimis punctulis conſperſum. E lapicidinis Marchamenſibus.

1503. Siliquaſtrum litorale venoſum (venulis nimirum à centro dorſali undiquaque inſculptum) ſeu LIMACULUM corrugoſum. Ex æſtuario Sabriniano juxta *Pyrton-Paſſage* à parte Orientali. *Elegantiſſima ſunt hujus litoris ob venoſam Scalpturam, ſiliquaſtra; nigri aut fuſci coloris ſupernè; ſubtùs margine anthracino marmoreo fimbriata. Hanc autem varietatem cujus tria habemus exemplaria, Limaculum diximus; eò quod primâ facie limacem nigrum paulo contractiorem nonnihil referat.*

1504. Limaculi varietas depreſſior ſeu minus gibboſa. *Ibid.*

1505. Siliquaſtrum venoſum radiolare, nodulorum ſerie in dorſo inſignitum: ſeu ſiliquaſtrum à radioli textorii ſimilitudine RADIUS nodoſus dictum. *Ibid.* *

1506. Radius minimus leviter inſculptus. E lapicidinis Stunsfeldianis. Noſtra ſpecimina ſubviridis coloris ſunt: alîus in aliis lapicidinis inveniri, non eſt dubitandum.

1507. PUNCTULARIA minima mucronata. Ad pagum *Baſie's Leigh* invenimus ſed rariſſimè.

1508. Siliquaſtri lupinati ſeu vulgatioris ſpecimina, ex aeris

injuriâ, albedine infecta, & quodammodo calcinata. E fodinis Stunsfeldienſibus.

1509. Varia ſiliquaſtrorum fragmina è fodinis Garvordianis, Marchamenſibus, foſſilium imperitis à vulgatioribus calculis haud facilè diſtinguenda.

1510. Siliquaſtri anguſtioris arcuati & alterius cujuſdam minoris in vulgares calculos tranſmutatio. E ſabuleto Faringdoniano.

1511. Siliquaſtro accedens CARINULA. E lapicidinâ Charltonianâ.

1512. Carinulæ affinis CORTICULARIA. Cum priore, ſed neutrius integra exemplaria hactenus videre licuit.

1513. Acuminatus lapillus laminaris, CULTELLARIA dictus. Stunsfeldiæ habuimus ſed rariſſimè occurrit. Siliquaſtri vel alterius cujuſdam Ichthyodontis radix videtur.

CLAS-

CLASSIS UNDECIMA.

XYLOSTEA,

SIVE

OSSA FOSSILIA LIGNOSA, &c.

CAPS. XXI.

Hac autem claſſe enumerantur piſcium oſſa qualiacunque in fodinis Angliæ invenimus, præter Dentes & Spondylos; quibus etiam ignota varia ſubjunximus, lignorum itidem ſpeciem quodammodo præferentia. Diligentiùs olim excultâ Lithologiâ; hoc genus (uti & reliquæ hujus libelli claſſes) accuratiùs definiatur: nobis ſiquidem impræſentiarum, non aliud quàm incondita quædam Methodi *rudimenta, deſignare licuit; utpote ſub infantia hujuſmodi Foſſilium Hiſtoriæ ſcribentibus: & quidem longè impari ſupellectile, ad abſolutam perficiendum, vel ſi vires adeſſent, inſtructis.*

3514. XYLOSTEON maximum brachiale: propriè ſic dictum, ſeſquipedale; triunciali craſſitie, utrinque rutellatum. An fortè unicornu Foſſile Wormii, quod Ceratites Geſnero eſt, & Ebur foſſile Cluſio? In tegularum fodinis Stunsfeldienſibus ſemel tantùm invenimus.

1515. Xylo-

1515. Xyloſteon fuſcum Rhinocerotis cornu nonnihil referens. Witneiæ ſed rariſſimè.

1516. Xyloſteon rubiginoſum confragoſi cujuſdam lapidis vulgaris æmulum. *Ibid.*

1517. Xyloſteon minus, coloris ex fuſco ſubalbidi. E Sabuleto Faringdoniano.

1518. Xyloſteon maximi ponderis oſſeâ ſpecie inſigne. A quodam litore Norfolcienſium.

1519. CARTILAGO mineralis vulgaris: ſeu undulata, figlina (aut tegularis) Faringdonenſium. An fortè Oſteocolla, ſive Brucſtein Germanorum? In Sabuleto Faringdonenſi ſatis copiosè invenimus. *

1520. Cartilago pileata. *Ibid.*

1521. Cartilago Ephippiaria. *Ibid.*

1522. Cartilago mamillaris, ſive uber vaccinum referens. *Ibid.* *

1523. Cartilago cataractata; ſive naſſæ, vel ſirpiculo piſcatorio nonnihil ſimilis. A litore Lincolnienſi in parœcia Skegneſſiana.

1524. Cartilago juglandaris; ſive juglandis carinam aliquatenus referens. Incertum Cowleiæ an Faringdoniæ invenerim.

1525. LOCULARIA argilloſa: an fortè Bufonitarum mandibula? Faringdoniâ. *

1526. SOLEARIA major panſa: ſeu ſcapulare quoddam os, latiuſculum, pedis plantam ad extremum referens. Ex æſtuario Sabriniano ad trajectum Pyrtonenſe. *

1527. Solearia media faſciculariſ; ſive manipulum frumentarium referens. *Ibid.*

1528. Solearia minor anthracina. *Ibid.* *

1529. SCAPULARIA major rubiginoſa. E ruderibus lapicidinæ Cowleanæ.

1530. Scapularia minor lucida, ſive marmoris inſtar expolita. E Sabuleto Faringdonenſi.

1531. PINACION fuſcum quadratum: ſive Xyloſteon tabulatum maximum; quinque in longitudine, latitudine tres uncias complectens. E fodinis Witneienſibus. *

1532. Pinacion minus atrorubens: ſive linguatum, colore atri panis cruſtulam mentiente. E lapicidinis Stunsfeldienſibus.

1533. ——Idem, è fodinâ quâdam juxta Witneiam (ſi rectè memini) effoſſum.

1534. Pinacion fuſcum minus Wiltonienſium, juxta *Market-Lavington* invenit Cl. Tannerus jam aliàs laudatus.

1535. Pinacion aſſerculatum rubiginoſum. E Sabuleto Faringdonenſi.

1536. Pinacion minimum fuſcum. E fodinis Marchamenſibus.

1537. *a.* ——Idem, è fod. Kidlingtonianis.

1537. *b.* —— E Sabuleto Faringdoniano.

1538. —— E lapicidinis Witneienſibus coloris aliàs fuſci, aliàs cinerei.

1539. —— Varii coloris ſpecimina, è fodinis Garvordianis.

1540. Pina-

1540. Pinacion fuſcum quadrangulum cuneatum. *Ibid.*

1541. Xyloſteon canaliculatum exalbidum ALVEATULA major dictum. Faringdoniâ.

1542. Alveatula minor, ex atrorubenti & ſubcinereo verſicolor. *Ibid.*

1543. Alveatula anthracina litoralis: ſive atronitens, argutè admodum ſtriata, os cetaceum referens. A litore Pyrtonenſi.

1544. Alveatula minima triquadra. E lapicidinis Marchamenſibus.

1545. Alveatula à parte concavâ inſigni quadam ſtrigâ bipertita. Ad litus Sabrinianum cum penultimâ.

1546. Alveatula fuſca clavellata. E lapicidinis Marchamenſibus. *

1547. ——Ejuſdem fragmenta, è Sabuleto Faringdoniano.

1548. ——Varietas lævis, ſeu non clavata, Marchamiæ effoſſa.

1549. ——Eadem, è puteis Cowleanis.

1550. ——E fodinis tegularum apud Stunsfeldienſes.

1551. Alveatula clavellata ſtrigoſa. E fodinis Charltonianis. *

1552. PELTARION marmoreum hæmatoades: ſive Xyloſteon ſcutellatum, rubrum, craſſiuſculum; gelaſinis quibuſdam facie alterâ inſignitum. E fodinis Stunsfeldienſibus.

1553. Peltarion marmoreum nigrum: ſive informe majus Kidlingtonenſium.

1554. SESSIBULUM (ſeu Xyloſteon ſeſſile) atrorubens, minus, vulgare. E Sabuleto Faringdoniano.

1555. Seſſibulum fuſcum majuſculum. E fodinis Kidlingtonienſibus.

1556. PAXILLUM majus vulgare: ſive Xyloſteon bacillum paulò compreſſiorem referens. Faringdoniâ. *

1557. Paxillum minus. *Ibid.*

1558. STRIGILARIA anthracina litoralis; ſive Xyloſteon nigrum marmoreum, ſtrigilis inſtar pectinatum. Ex æſtuario Sabriniano ad trajectum Pyrtonenſe. *

1559. Strigilarla lutea major. E Sabuleto Faringdonenſi.

1560. Strigilaria rubiginoſa. E lapicidinis Witneienſibus.

1561. SULCATULA ROSRATA litoralis: ſive Xyloſteon ſtriatum anthracinum, falcati cujuſdam roſtri mandibulam ſuperiorem ſerratam, vel potiùs Aſtaci forficulam referens. A litore Pyrtonenſi. *

1562. ELAPHOCERATION (ſive *cervicernium*) fuſcum corticoſum. E fodinis Witneienſibus.

1563. ——Idem, ex æſtuario Humberiano, juxta *Whitton* in agro Lincolnienſi.

1564. ANTHRACION vulgare; ſive Xyloſteon ſcabrum atronitens, &c. Faringdonia. Foris ſcabrâ quadam cruſtula

cruſtula coloris anthracini obducitur; internè ligni alicujus *pectinem* exhibens.

1565. Anthracion aſſerculatum Stunsfeldienſe.

1566. Anthracion ſaponarium; ſive ſebaceum vulgare Charltonenſium. Paſſim in lapicidinis Charltonianis.

1567. ——Idem, è fodinis Witneienſibus.

1568. Anthracion teſſellatum. A litore Pyrtonenſi.

1569. VERTEBRELLA, ſive Ichthyoſpondylis congener, Xyloſteon ignotum. *Ibid.* *

1570. FARIO vulgaris, (ſive Xyloſteon verſicolor ſtriatum) Garvordienſium. *

1571. Fario ſcutellatus. *Ibid.*

1572. —— Ejuſdem varietas, è fodinis Stunsfeldienſibus. *

1573. Fario carinatus. Cum penultimo.

1574. Locularię congener ARGUS vulgaris. An Ichthyodontium quorundam ſcutulatorum mandibula? E fodinis Marchamenſibus. *

1575. Argus minor anthracinus. Charltoniâ Oxonienſium.

1576. Argus anthracinus laminatus. Marchamiæ invenimus, cum penultimo.

1577. Argus lamellatus minimus. Witneiæ.

1578. Xyloſteon minimum ſeſſile, undulatis rugulis donatum; CRATICULUM dictum. E fodinis Marchamenſibus. *

1579. FIGLINUM rufum vulgare. Stunsfeldiâ.

1580. ——Idem, Langleiæ effoſſum.

1581. ARENOSULA rubiginoſa; ſeu ferrugineus lapillus arenulis bullatus, aſtaci ſerrulæ medullam referens. E fodinis Marchamenſibus.

1582. LIGONELLA, ſive Ichthyoſteon fuſcum rutrum vel palam nonnihil referens. E fodinis Stunsfeldienſibus.

1583. TESTULARIA rufeſcens, &c. An Faringdoniâ?

1584. MAXILLARIA vulgaris major. E fodinis Marchamenſibus.

1585. Maxillaria minor vulgaris. *Ibid.*

† 1586. OVUM SERPENTINUM Melitenſium. E Melite Inſulâ unà cum Gloſſopetris, Bufonitis, aliiſque ſuprà memoratis attulit Clariſſ. Raius. *Vulgarem quendam calculum, minus æqualiter ovatum dixeris, alterâ parte ſeſſilem, convexiorem alterâ; niſi quòd nitor eburneus oſſeam originem prodat.*

1587. Ovo ſerpentino congener SAPONELLA minor cinerea. Witneiæ.

† 1588. DENTE DI SERPE, ſive OPHIODONTIUM eburneum Melitenſibus.

1589. Ophiodontium minus anthracinum Bercherienſium. Garvordiæ.

1590. BISULCULA vulgaris marmorea. E Sabuleto Faringdonenſi.

1591. BACIL-

1591. BACILLUS cereus vulgaris, ſive Ichthyoſteon Corallinum colore ad Granatum accedenti, minorem cujuſdam aſtaci lacertum referens. Faringdoniæ.

1592. Bacillus hepaticus Stunſfeldienſium.

1593. Bacillus anthracinus, è lapicidinis Garvordianis.

1594. SCOPULA litoralis anthracina, &c. ſive Xyloſteon nigrum, è minoribus, verriculo calceario ſimile.* *Hujus duo vel tria exemplaria, Sheppeiæ invenit jam antea laudatus D.* Hugo Jones: *nuper verò rariorum lapidum capſulâ ab ipſo è Terræ Mariæ miſſâ, hanc* Scopulam *nihil aliud eſſe, quàm foſſilis cujuſdam piſcis palati fragmentum, pro comperto habemus.*

1595. BALÆNOSTEON Sabrinianum; ſive Xyloſteon lamellatum balænæ, oſſi quo utuntur ſartores, nonnihil ſimile. Ad trajectum Pyrtonenſe non rarò invenimus; at nihil aliud ſuſpicor quam Plagyoſtomi maximi marmorei fragmentum; quamvis pro ſui generis Foſſile aliquandiu habuerim. Vid. Num. 640.

1596. PINNULARIA minor, ſive piſcis cujuſdam Foſſilis minoris Pinna. E fodinis Stunsfeldienſibus. *

1597. Pinnularia degener, ſubtùs rugoſa. Juxta *Thame*, agri Oxonienſis oppidum.

1598. SCUTULUM anthracinum Thamenſium, &c. Os quoddam eſt tenuiſſimum ad ſcapularem formam aliquatenus accedens; quale in Cyprini aliorumque piſcium capitibus videre eſt. E fodinâ quadam lapidum ad pagum *Touſey* apud Buckinghamenſes.

1599. LAMNIUM ſquamulatum, ſive cinereum ſubaſperum litorale. Ad trajectum Pyrtonenſe.

1600. MULTIFORA, ſive Xyloſteon læviſſimum informe, poris majuſculis permeabile, ſubſtantiæ planè oſſeæ. Stunsfeldiæ, è fodinis Tegularum.

1601. Multifora ſuſcitabulum (ſeu lignum incendiarium) referens; intùs candida, foris rubiginoſa. Alicubi in Northamptonia.

1602. Xyloſteon rubiginoſum ad ſideritidem ferè redactum. E fodinâ quadam lapidum ad collem *Shotover*.

1603. —— Ad lapillum albidum; ſeu calculum pallidum longiuſculum, leviſſimò lacunatum. E lapicidinis Marchamenſibus.

1604. —— Idem, paulò rufeſcens, è Sabuleto Faringdoniano.

CLASSIS DUODECIMA.

ICHTHYOSPONDYLI.

CAPS. XXII.

Inter alia piſcium oſſa in Mediterraneis Foſſilia, non eſt quod miremur vertebras ſæpiſſimè inveniri; ſive earum numerum in qualibet piſcis ſpecie attendamus, ſive molem & figuram ſingularem, etiam minùs curioſis ſatìs notabilem. Haſce omnes cujuſcunque ſint materiæ, figuræ, aut magnitudinis, communi nomine Ichthyoſpondylos *dicimus. Nobiliſſimum illud* Ulyſſis Aldrovandi *Lithophylacium, hujuſmodi cimeliis non caruit; quamvìs eorum parentela tunc temporis nondum innotuerat:* Muſeo *enim* Metallico, *pag.* 491. *clepſydratus quidam Ichthyoſpondylus Fungites tertius appellatur: nec quidem aliùs generis ſunt, qui paginâ,* 493. Dioſpongiolites, *&* 634. Ammites Cotyledonites *audiunt. Huc etiam ſpectare videntur G. Hieronymi Velſchii Spondylolithi & Dolicholithi in comitatu Tirolenſi reperti; de quibus conſulendæ Ephemerides Germanicæ, ad Ann.* 1. *Obſer.* 157. *At ſagaciſſimus Marinorum Foſſilium rimator D. Auguſtinus* Scilla, *cujus Epiſtola apud nos rariſſima, dum hæc ſcribo ad manus noſtras primùm appulit, inter alia marino-terreſtria varios Ichthyoſpondylos,*

thyoſpondylos, ſub genuino vertebrarum piſcium titulo graphicè depinxit. Multò autem rariores in hac noſtra Inſulâ occurrunt Ichthyoſpondyli quàm Ichthyodontes, quamvis in quibuſdam locis, uti ad trajectum Pyrtonenſe & nonnullis Buckinghamiæ lapicidinis paſſim obviam habeantur, ubi Dentes rariſſimè appareant: at in fodinis Bercheriæ & Northamptoniæ, ubi unam piſcis vertebram, viginti ad minimum Dentes invenimus. Quæ in argillâ maritimâ & Sabulo delitescunt, Mediterraneis majores pleréque ſunt; quamvis nonnullas è rivulo quodam & fodinis Bercherianis in hac vicinia ſatis magnas habeamus. Porrò de Ichthyoſpondylis Angliæ, notatu dignum videatur, eos ſemper ferè radiis ſeu coſtis ſpoliatos, nec conjunctim ut in vivis piſcibus vertebræ, ſed ſigillatim è fodinis erui.

1605. ICHTHYOSPONDYLUS canaliculatus ramoſus, elatior. E rivulo quodam in Parœcia Marchamenſi, juxta *Gaing-bridge*, in agro Bercheriano. * *Omnium maximus eſt, quotquot hactenus invenire contigit.*

1606. Ichthyoſpondylus elatior anſulatus minor. Ex æſtuario Sabriniano. *

1607. Ichthyoſpondylus elatior, cortice cervinum cornu referente. *Ibid.* *

1608. Ichthyoſpondylus elatior rubiginoſus, detritâ utrinque margine. E fodinis Garvordienſibus. *

1609. ——Ejuſdem rubiginoſius adhuc fragmentum, è lapicidinâ Coxalenſi, juxta Faringdoniam.

1610. PLATYRHYNCHUS (ſeu Ichthyoſpondylus anatis roſtrum referens) utrinque ad extremum detritus. Garvordiæ. *

1611. ——Ejuſdem varietas integra, inſigni anſula donata. E fodinis Stunsfeldienſibus. *

1612. Ichthyoſpondylus compreſſior, figurâ, è circino paululum ovatâ, ſeptem uncias in ambitu colligens: ſive LATRUNCULUS ſublongus major. Ad trajectum Pyrtonenſe.

1613. ——Ejuſdem varietas minor, ad extremum alterum coarctata. Ex æſtuario Humberiano jam aliàs ſæpiùs laudato.

1614. ——Specimen minus adhuc valdè detritum. *Ibid.*

1615. ——In quodam lapide incluſum, minimis fermè adnumerandum. *Ibid.*

1616. —— Minorum varia exemplaria, ex æſtuario Sabriniano.

1617. Latrunculus degener, ſive informis ſubrotundus major. *Ibid.*

1618. Latrunculus degener patinatus, ſive alveolo altero infundibuli inſtar dilatato. *Ibid.*

1619. —— Ejuſdem ſpecimen, cum admato quodam oſtracite. *Ibid.*

1620. Latrunculus ſubrotundus vulgatior. *Ibid.* *

1621. —— Idem, margine utrinque in aciem demiſsâ. *Ibid.*

1622. —— Ejuſdem fragmenta prorſus lapidea.

1623. —— Specimina minora admodum detrita, &c. *Ibid.*

1624. Latrunculus obſtipus, ſeu alveolo obliquè inclinato. *Ibid.*

† 1625. Latrunculus lunatus minor Melitenſis. Lutei eſt coloris figurâ in circino deliquium patiente.

1626. Latrunculus minor corniculatus. E fodinâ Coxalenſi propè Faringdoniam. Hujus Iconem vide in Phil. Tranſ. Num. 200. Fig. 18. c.

1627. SALINARIUM trinare anthracinum majus: ſive Ichthyoſpondylus ſalinum referens, tribus utrinque naribus feneſtratus. Sheppeiæ Cantianorum; in litore ad pagum *Minſter.* *

1628. Salinarium trinare minus: ſive Ichthyoſpondylus anthracinus clepſydratus. *Ibid.* * *Aſelli majoris vertebræ non abſimile eſt.*

1629. —— Ejuſdem ſpecimen humilius. *Ibid.*

1630. —— Idem, compreſſum & informe, deletis naribus, ſeu occluſis prorſus feneſtellis. *Ibid.*

1631. Salinarium minus orbiculatum luteum, fuſco utroque alveolo. E fodinâ Coxalenſi juxta Faringdoniam.

1632. PEDICA terebrata rubiginoſa minor: ſive Ichthyoſpondylus, è minoribus detritus; figurâ equeſtrem *pedicam* exprimente. E Sabuleto Faringdonenſi.

1633. Salinarium minus luteum diſtortum, ſive alveoli margine utrinque ex obliquo prominenti. E Sabuleto Faringdoniano.

1634. —— Ejuſdem ſpecimina minora. *Ibid.*

1635. Ichthyoſpondylus modiolaris minor; ſive lutei coloris, rotulæ modiolum referens. *Ibid.*

1636. Ichthyoſpondylus modiolaris minimus Sabuletorum. E Sabuleto quodam juxta *Little-Milton* apud Oxonienſes.

1637. —— Ejuſdem varietas, è fodinâ Faringdonianâ.

1638. —— Idem, è fodinis Marchamenſibus.

1639. Salinarium minus binare Marchamenſium. Ex arenoſis Marchamiæ lapicidinis.

1640. —— Idem, è fodinis Baſiſleianis.

1641. Varietas exigua perforata, &c. Cowleiæ.

1642. Ichthyoſpondylus minimus cylindroides. *Ibid.*

1643. Salinarium minus fuſcum, figuræ è cylindroide ovatæ. E lapicidina Dintonianâ apud Buckinghamenſes.

1644. Ichthyo-

1644. Ichthyoſpondylus è minimis, orbiculatus compreſſior; ſive Latrunculus ſtriatus, binaris: rotularis, minimus, fuſcus. *Ibid.*

1645. Latrunculus exiguus trinaris, cinerei coloris, figuræ ex orbiculo ovatæ. Ad pagum *Towſey* juxta Thamiam agri Oxonienſis oppidum.

1646. — Idem fuſci coloris è fodinis Dintonianis.

1647. Salinarium fuſcum minimum trinare. *Ibid.*

1648. Salinarium clepſydratum atronitens perexiguum. Towſeiæ cum penultimo.

1649. — Idem in Cochlita quodam reconditum. *Ibid.*

1650. ANELLUS cæruleus vulgaris: ſeu ichthyoſpondyli exigui cærulei lunula. *Ibid.*

1651. Anellus ovatus, canaliculo utrinque inſignitus anthracinus. *Ibid.*

1652. Ichthyoſpondylus ovalis, ſimus: ſeu minimus; naribus & appendiculorum veſtigiis elimatis. A litore Pyrtonenſi.

1653. Ichthyoſpondylus minor, nitidus, atrorubens. E lapicidinis Charltonianis.

1654. Ichthyoſpondylus minor tetragonus. E fodinis tegularum Kidlingtonianis.

1655. — Albidus minimus compreſſus. E lapicidinis Rancianis in Northamptonia.

1656. Ichthyoſpondylus minor clepſydratus hepatici coloris, Ephippiarius. E fodinâ Caſwellianâ juxta Witneiam. *

1657. Ichthyoſpondylus infundibulum referens; ſive inſtar Fungi calyciformis ſeminiferi Mentzelii. E ſabuleto Faringdoniano.

1658. Ichthyoſpondyli cujuſdam majoris in Aſtroitem pyxidatum metamorphoſis. Ex æſtuario Sabriniano. *

1659. Latruncuji ſubrotundi vulgatioris fragmenta in lapideam ſubſtantiam prorſus converſa. Vide Num. 1620. *Ibid.*

1660. Latrunculus orbiculatus majuſculus in vulgarem calculum redactus. *Ibid.*

1661. CYLINDRUS geniculatus. An fortè Ichthyoſpondylus aliquis è majoribus, multijugus, an potiùs Alveolaria quædam maxima? *Ibid.* Vide Num.

1662. Ichthyoſpondylus degener modiolaris alveolo utroque hexagono. Ex agro Lincolnienſi accepimus; ad pagum *Whitton*, ſi rectè memini, inventum.

1663. Ichthyoſpondylus exiguus doliatus, repleto utrinque alveolo. E fodinis Kidlingtonianis.

1664. Ichthyoſpondylus exiguus anſulatus albidus.

1665. CHOERISCOPODION concavum fuſcum: ſive Spondylus porcelli pedis articulo nonnihil ſimilis. E lapicidina Charltoniana. *

FOSSILIA EFFIGIATA ANOMALA, SIVE Incertæ CLASSIS.

CAPS. XXIII.

Sub duodecim hiſce Claſſibus ordinatis ſcrinii noſtri Foſſilibus, quæ ſuperſunt incerti laris ſunto, donec genus ſuum manifeſtiùs declaraverint. Hoc dato, Umbonellus *forſan ad quartam Claſſem promovebitur*; Numulus & Digitabulum *ad ſextam*, Belemnites *cum ſua prole* Alveolo, *ad ſeptimam*; *& ad alias alii. De Belemnite autem, mirabar, cum variis gaudeat ſpeciebus, earumque una aut altera in pleriſque fodinis Angliæ quas adiverim, vulgatiſſima ſit; univerſam Cambriam (quantum hactenus obſervare licuit) eo toto genere carere. At amplior eſt regio fateor, quàm ut eam curiosè peragrarem; & forſan poſthac alicubi copiosè inveniemus; quamvis notatu dignum ſit in Centuriis aliquot clivorum rupium & fodinarum ubi ſtudiosè quæſivimus, deſiderari. Alveolum lapidem quod attinet; is ſicut* Entrochus, Aſteria *& reliqua Aſtropodia; ſigillatim aliàs, aliàs conjunctim invenitur. Quoad deſcriptionem, orbiculatum capſulæ operculum dixeris; modicè excavatum marmoris inſtar politiſſimum;*

magni-

magnitudine variâ à Buſonite minore orbiculato, ad Capſulam Horologii Portatilis, ſeu conſpicilii vitrum. Nonnunquam in arvis, in argilloſis, & fodinarum ruderibus apud Anglos mediterraneos ſeorſim occurrit, at nativus locus Belemnitarum majorum Calyx eſt. Hiſce enim fractis geniculatum Alveolum fuſiformem, cavitatem ſuam occupare ſæpiùs notavi, lamellâ maximâ ſupino concavo ſupremum locum tenente; reliquiſque ordinatim pro Belemnitæ formâ diminutis. Trichitem *figurâ & Deſcriptione illuſtravit* Plotius, *cui nunc aliquot varietates adjecimus, quas aliorum olim maturior experientia Bivalvium fragmina fortaſſis dixerit. Reliquos qui rariores ſunt, curioſis lectoris obſervationibus commendamus.*

1666. BELEMNITES longiſſimus vitriolatus: ſive ſeptem unciarum longitudine, argenteis vitrioli capillis efflorescens. E puteo quodam argilloſo ad pagum *Murcot* in Parœcia Charltonianâ.

1667. Belemnites maximus oxyrrhynchus; cum variis ejuſdem ſpeciei minoribus. E lapicidinis Cowleanis. In ambitu ubi craſſiſſimus, quatuor eſt unciarum.

1668. — Ejuſdem fragmentum cavitate fluore undique obductâ. *Ibid.*

1669. Specimina minora; conchyliorum fragmentis hinc inde obducta; aeris injuriâ exeſa undique & foraminata. *Ibid.*

1670. Maximi fragmentum, latiuſculè compreſſum. E fodinis Bullingtonianis.

1671. a. — Ejuſdem ſpecimina cavitate teſtâ quadam membranaceâ obducta. Stansfordiâ Faringdonenſium.

1671. b. — E fodinis Marchamenſibus exemplaria paulò minora, *Alveolo* multijugo (ſive fuſiformi geniculato cryſtallino) cavitatem occupante.

1672. Specimen, è lapicidinis Garvordianis, teſtâ neſcio quâ ad partem obductum.

1673. Belemnites major, lividus, marmoreus. In medio ſaxo invenimus, ad collem Garzingtonenſem.

1674. — Ejuſdem fragmentum conſpicuum cylindraceum fuſci coloris, è ſabuleto Bamptoniano.

1675. Belemnites exilis prælongus Northamptonenſium. E fodinâ Byfeldienſi in Northamptoniâ. *Belemnites niger maximus baſi foratâ Liſteri. p. 226.

1676. — Ejuſdem ſpecimen minus. *Ibid.*

1677. Belemnites major canaliculatus, ſive aqualiculo per mediam longitudinem inſignitus. E fodinis Stunsfeldienſibus.

1678. Belem-

1678. Belemnites minor lividus, è ſabuletis ſiliceis, ad mucronem diſtortus. E ſabuleto quodam ad pagum *Chiſle-Hampton*, apud Oxonienſes.

1679. Belemnites minor electrinus, ad extremitatem cavam gracileſcens. Cowleiæ.

1680. — Idem è fodinâ Marchamenſi.

1681. Num. 1676. Specimina minora. Byfeldiæ.

1682. Fragmenta ex argilla Boughtonenſi in Northamptonia.

1683. — Idem Belemnites Merſtoniæ in eodem comitatu effoſſus; cum alio exemplari arcuato aliquatenus & compreſſo.

1684. — Ejuſdem lividi coloris fragmentum, è ſabuleto quodam juxta ambulacra Academica.

1685. ——Vide numerum 1677. Hujus enim fragmentum eſt mucrone ſpoliato. E ſabuleto Cricladienſi in Wiltonia.

1686. — Idem cum penultimo, è ſabuleto quodam Thamenſi.

1687. Numeri 1669. ſpecimen, è ſabuleto Faringdoniano.

1688. Belemnites medius, impolitus, &c. *From Newon.*

1689. Belemnitæ exilis fragmenta è Lithotomiis Barringtonianis.

1690. ——E fodina quadam lapidum ad pagum *Radſtoke* in Somerſetia.

1691. Belemnitæ cujuſdam majoris fragmentum fiſſum, cruſtoſum. E Lithotomiâ Heddingtonenſi.

1692. Vide 1679. *Baſie's Leigh.*

1693. Belemnites medius cinereus calice compreſſo. E ripis argillaceis ad trajectum Pyrtonenſe.

1694. Belemnites medius ſabuletorum ad utramque extremitatem obtuſus. Juxta ambulacra Oxonienſia.

1695. Belemnites medius electrinus ſabuletorum. Oxonii propè Eccleſiam Sancti Clementis.

1696. Numeri 1679. Specimina exigua: ſive Belemnites Electripus aculeatus. Ex arenâ lapicidinæ Cowleanæ.

1697. — Eadem ex arenoſis Marchamenſibus.

1698. Belemnitæ exilis prælongi Northamptonenſium exemplaria minima aculeata. Vide Num. 1675.

1699. — Idem cum penultimo, è fodinis Witneienſibus.

1700. — Idem aculeato admodum mucrone, è fodinis quibuſdam ad pagum *Alderley* in agro Gloceſtrenſi.

1701. Numeri 1693. fragmenta, ex argillæ fodina ad ripam fluvii *Cherwel.*

1702. Belemnites minor cinereus *ari* piſtillum referens. *Ibid.* *.

1703. — Idem è puteo quodam argilloſo ad pagum *Aſpley* in agro Bedfordienſi.

1704. Belemnites ari piſtillum referens ſabuletorum: ſeu fuſci coloris inter glareas deliteſcens. *Ibid.* Alicubi in agro Oxonienſi invenimus.

1705. Belemnites ari piſtillum referens canaliculatus. E lapicidinâ Stunsfeldienſi.

1706. Belemnites electrinus minor, figuræ ad cylindroidem propiùs accedentis. E fodinis Cretæ Cantianis.

1706. Be-

1707. Belemnites minimus ferè cujuſdam ſuccini adinſtar pellucidus; quibuſdam *Lapis Lyncurius* Liſteri p. 227. Juxta *Merſton-Truſſel* in Northamptonia.

1708. — Idem è ſabuleto Thruppiano juxta Faringdoniam.

1709. — Idem è fodinâ quadam Gypſi apud Huntingdonenſes.

1710. — E puteo carbonibus eruendis deſtinato, propè *Pyrton* Wiltonenſium.

1711. — E lapicidinis Thamenſibus.

1712. — E ſabuletis juxta Oxonium.

1713. — E ſabuletis Wallingfordianis.

1714. — Specimen exile utrinque gracileſcens, *Radiolum* medium nonnihil referens.

1715. Tubularia teres belemnite prægnans. Cowleiæ.

1716. — Eadem è fodinis Baſiſlegianis.

1717. Belemnites cylindraceus ſabuletorum; ſive vulgatior fractus, cultelli manubrium referens. E ſabuletis Bedfordienſibus.

1718. Varia è ſabuletis Oxonienſibus ſpecimina.

1719. Minoris moduli ibidem effoſſa.

1720. Formæ compreſſioris, fiſſurâ altero latere donata, è fodinis Stunsfeldienſibus.

1721. Belemnitæ fiſſæ majoris, &c. fragmenta. E Sabuletis Wiltienſibus.

1722. — E fodinis Bullingtonianis fragmentum altero latere ſtriatum.

1723. Belemnites electrinus cylindraceus minor, in arenoſis deliteſcens. E fodinis Marchamenſibus.

1724. — Idem è fodinis juxta *Baſie's-Leigh*.

1725. — E fodinis Kidlingtonianis.

1726. —— E ſabuleto Faringdonenſi.

1727. —— Cricoladiano.

1728. —— Woburnenſi in Bedfordia.

1729. — Ad Byfeldiam, in Northamptoniâ.

1730. Vide Num. 1696. E ſabuleto Charltoniano in eodem Comitatu.

1731. Belemnites cylindraceus minimus verſicolor. A litore Humberiano ad pagum *Whiſton*.

1732. Belemnites tuberoſus (ſive vulgarem calculum referens) ſubluſtris, ſabuletorum. A ſabuletis Oxonienſibus.

1733. Belemnites ſtriatus in orbiculatum lapillum redactus. E fodinis Baſiſleianis.

1734. Belemnitæ congener lapillus Cryſtallinus informis. E ſabuleto Framptoniano in agro Gloceſtrenſi.

1735. — Idem è ſabuletis Oxonienſibus.

1736. Belemnitæ tuberoſi ſpecimina; è Fodinis Marchamenſibus; è ſabuleto Bedfordienſi, Hanburienſi, &c.

1737. ALVEOLUS maximus lutulentus. Propè *Wotton-Under-Edge* in agro Gloceſtrenſi.

1738. Alveolus major ſive medius. E fodinis Cowleanis.

1739. — Idem è ſabuletis Oxonienſibus.

1740. Alveolus major aheneus ſpeculi uſtorii adinſtar politiſſimus. *Boughton, Northamptonſhire.* *

1741. Alveolus faſtigiatus minor albus. E fodinis Byfeldienſibus in eodem Comitatu.

1742. Alveolus cryſtallinus, faſtigiatus, maximus, compreſſus. Cowleiâ.

1743. Alveolus medius faſtigiatus anthracinus ſabuletorum. Faringdon.

1744. — Idem colore albido. *Ibid.*

1745. Alveolus minor faſtigiatus aheneus vitriolo imbutus. E fodina argillæ ad ripam fluvii *Cherwel* è regione Collegii Divæ Magdalenæ. *

1746. a. Alveolus degener ſiliceus. A litore Norfolcienſi inter *Cly* & *Salt-Aſh* attulit jam anteà laudatus D. *Rowlands.*

1746. b. — Ejuſdem varietas cylindroides electrina. *Ibid.*

1747. Belemnitæ congener cylindraceus lapis majuſculus; VOLGIOLUM terebratum dictus. Ex Northamptonia accepimus.

1748. TRICHITES rutilans deciduus Plotii Hiſt. Nat. Oxon. p. . . . ſive Adianthi aurei minores ſpecies referens. An forte Polythriches, Veneris Crines Plinio. E fodinis Bullingtonianis.

1749. — Idem è puteo Chaulienſi juxta *Cumner.*

1750. Trichites pactilis foraminulis ſcatens. E fodinâ Caſwellianâ juxta Witneiam.

1751. Trichites pactilis undulatus cretaceus. E fodinâ quadam Cretæ ad planitiem *Packet-Down* juxta Aburn in agro Wiltonienſi.

1752. Trichites pactilis cretaceus lamellatus. *Ibid.*

1753. Trichites pactilis, tabulatus, litoralis. A Trajecto Pyrtonenſi. Pyrites Amianthum Cyprium referens Wormii. Trichitis varietas videtur.

1754. INFUNDIBULUM maximum, &c. *Ibid.* †

1755. — Idem à litore Humberiano.

1756. —— Ejuſdem ſpecimen minus. *Ibid.*

1757. DIGITABULUM album poroſum: ſeu Sphærella modiolaris eburnea undiquaque punctulata. E ſabuleto quodam juxta Gormondceſtriam apud Huntingdonenſes.

1758. —— Specimen majus, minùs acupunctum. Ex agro Oxendeniano in Northamptonia.

1759. GALEATULA, &c. Ex argillâ Cherwellianâ, ad Collegium Magdalenenſe.

1760. FORULAGO, ſive ſpongioſus lapillus, in medullio quaſi fuligine fœdatus. An Porus vel Tophus aſper Wormii? In ruderibus fodinæ Cowleanæ ſatis vulgaris eſt.

1761. ORBITA, rotularis quidam Lapillus eſt, triuncialis ferè in ambitu. Locum non memini.

1762. UMBONELLUS ſabuletorum eſt lapillus ſcutellatus in ſabuleto Faringdonenſe non admodum rarus.

1763. NUMULUS luteus vulgaris exiguus eſt Lapis orbicu-

biculatus, ad collem *Cockerley-Hill* dictum in Comitatu Gloceſtriæ, vulgatiſſimus.

1764. An Radii ſtellæ luteæ vulgaris fragmentum foſſile ſeu Aſtropodium luteum ſtriatum? Northamptoniâ ab amico quodam habuimus.

1765. SYRINGIUM Cataphractatum. An fortè minoris cujuſdam Aſtaci aut Locuſtæ, brachii articulus?

1766. UTRICULUS, ampullaceus eſt lapillus ſubalbidus, nigris punctulis conſperſus; ad ſextam Claſſem forſan cum penultimo revocandus.

FINIS.

EPISTOLÆ.

EPISTOLA I.

De Lapidibus quibuſdam Germaniâ *acceptis.*

Ad Celeberrimum Virum D. Auguſtum Quirinum Rivinum, *Phyſiologiæ & Botanices in Academia Lipſienſi Prof. Publ.*

MITTO tandem (Nobiliſſime *Rivine*) cujus dudum mentionem feceram *Lithophylacii* noſtri Catalogum; qui jampridem Bibliothecæ Tuæ inſtructiſſimæ hoſpes humillimus ſupplicaſſet, niſi quòd paulò antequàm abſolviſſem, inopinata quædam quæ ab Academia annorum aliquot abſentiam poſtulant, interceſſerint negotia. Eidem etiam cauſæ debetur quod ſingularis figuræ Lapides quos ad nos tranſmittere dignatus es, ſuis quoſque in hoc Scrinio locis nondum licuerit inſerere. At eorum bonam partem, cum etiam noſtræ fodinæ ſuppeditent; viſum eſt hac occaſione te paucis monere quibus eos nominibus præſens recenſeat Catalogus; & quinam ii ſint in hoc Tuo grato imprimis munere, quos hactenus rarò admodum in Britannia, ſi omnino inveniri novimus.

Primo

Primo igitur Globi ſcabri ſepto intùs Cryſtallino bipartiti, è ferri minera ni fallor conflati; nuſquam quod ſcio apud nos occurrunt ità bipertitim diviſi; at ſimplices in Ferrifodinis *Gloceſtriæ* & *Cambriæ* auſtralis, non ſemel obſervare licuit. Porrò in lapicidinâ quadam propè *Fritwell* in agro *Oxonienſi*, Globum aliquem invenire contigit, ſubconcavum; cujus facies exterior Aſtroitem tertium *Plotii in Hiſt. Oxonienſi* exhibebat: interior verò undique obducta eſt Fluore quodam triquetro inſtar fructus Periclymeni coacervato; quolibet tali Fructu per mediam longitudinem foramine inſignito. *

* *Vid. Tab.* I. *N.* 34.

2. *Lapis ſciſſilis Filicem referens propè Illmenaum effoſſus.* Hujuſmodi Figuras (de quibus Cl. *Raius* in Præfatione ad ſecundam Synopſeos editionem) copioſè exhibent Carbonariæ noſtrates per agrum Eboracenſem, Somerſetiam, Gloceſtriam & ferè Cambriam quà patent Lithanthracis fodinæ, univerſam; quamvis multò rariùs in Monemutiâ, Brechiniâ, Maridunia, & Monâ Inſulâ occurrant, quàm in Glamorganiâ, Penbrochiâ, Denbighiâ & comitatu Flintenſi. Harum aliquot ſpecies Claſſis tertia enumerat; quamvis longè plures ex quo ſcripſi Catalogum, per Cambriam invenire contigit. Sed de hujuſmodi Lithophytis alia occaſione.

3. *Lapis niger Piſcis figuram repræſentans* quem Aldrovandi Muſeum *Lapidis Iſlebiani Ichthyomorphi* Titulo exhibet † in Britanniâ nondum repertus eſt: at aliam Ichthyomorphi ſpeciem peregrinam ſatìs & ſingularem nuper invenimus juxta ædes Nobiliſſ. V. D. *Gryſydii Rice* de *Newton* Arm. propè oppidum Sancti Teiliavi in comitatu Mariduniæ. Iſte autem Ichthyomorphos ad planos piſces qui in latus projecti natant, referendus eſt; quamvis nullæ ſpeciei hactenus deſcriptæ per omnia reſpondeat. At non externa piſcis lineamenta quemadmodum veſtras lapis Iſlebienſis; ſed ejuſdem ſceleton, ſeu *pectinem*, argutè admodum in ambitu ſtriatum exprimit. Figura ad *Bugloſſum*, ſeu *Soleam* piſcem accedit, niſi quod paulò ovalior ſit; ad extremum minùs coarctata; & quod caudâ (utpote non piſcis perfectus ſed ſceleton tantùm) omninò careat: unde *Bugloſſam curtam ſtrigoſam* diximus *. Magnitudo ſicut reliquis Foſſilibus effigiatis varia eſt. Quotquot vidimus maximi circuitus decem unciarum erat; longitudo quatuor, latitudo duarum cum ſemiſſe: minimus Spſondylii ſemen æquabat. Lapis qui elegantes hoſce piſcium Schematiſmos oſtendit, ſubnigri ſicut veſtras aut etiam lividi coloris eſt; nec materia multùm diſſimilis; ſi quid hac in re memoriæ fidendum; veſtrum ſiquidem

† *Vlyſſ. Aldr. Muſ. Metallicum, p.* 101.

* *Vide Tab.* 22.

ſiquidem exemplar dum hæc ſcribimus ad manum non eſt. Piſcis Icon non multo minùs lapidi ſupereminet; ac ſi verus piſcis eſſet; & iconi incumbens materia ejuſdem imagine excavatur. Sicut autem Coſtellæ, ſeu Ariſtæ lapidi ſupereminent; ità & Coſtellis vertebræ: quorum ordo finitur planè ut in viventium piſcium ſceletis, antequam ad metam extimam ventum eſt. Cæterum hæ Ariſtæ & vertebræ, quamvis lapidis ſuperficie elatiores ſint, non oſſeâ tamen conſtant materiâ; ſicut varii Ichthyoſpondyli, & alia piſcium foſſilia Officula; ſed prorſus eâdem cum reliquo Saxo, ſi membranaceum quendam fucum, qui mirandam hanc piſcis imaginem effingit, excipias: Quâ in re cum veſtro Ichthyomorpho convenit; qui etiam umbra quædam piſcis eſt, aut ſubtilis ſculptura è Pyrite aureo hinc inde per medium ſaxum graphicè exarata. In lapicidinâ præfata Newtonenſi copioſè & ſubinde in vicinis invenimus. At ſpecimina integra rariſſimè occurrebant; & eorum quidem omnium capita minùs perfectè efformata. In eadem lapicidinâ alios quoſdam lapides ignotos collegimus, de quibus quod Oxonium omnes præter unam ſpeciem continuò miſerim, ne memoriæ fallaci nimis tribuam, nihil dico. Hunc verò qui ad manum eſt Lapillum quò referam prorſus ignoro: Iconem utcunque eâdem Tabellâ exhibuimus †; & ne planè anonymus ſit; dum genus ejus clariùs innoteſcat, à tribus quaſi nucleis minoribus conjugatis; quos in triginta minimùm exemplaribus obſervare licuit *Trinucleum fimbriatum vulgare* diximus. Fimbria autem ea reticulata, coloris eſt cinerei aut albidi & forſan oſſeæ originis; nuclei atri & materiæ à ſaxo quo inſunt quantùm nudis oculis diſcernere licuit, nullatenus diverſæ. Nucleus quilibet colurno multo minor; at medius reliquis elatior eſt, & totus lapillus longitudine dimidium, latitudine quadrantem unciæ rarò exuperat. Sed ut ad Tuos redeam.

† *Tab.* 22.

4. *Caryophyllus lapideus* de quo ad Ephem. Germ. Ann. 13. Obſ. 189. me relegas, apud nos rariſſimus eſt lapillus: unicum enim ſpecimen ſolummodo hucuſque reperire contigit: idque nuperrimè in calcariis rupibus Caldeiæ Inſulæ (ubi hoc à nimia pro tanti V. dignitate, feſtinatione) Schediaſma ſcribimus. Ephemerides Germanicas nobis nondum licuit conſulere, utpote in hac vicinià rariſſimas; unde & elegantiſſimi lapidis inventorem, & quid de ejuſdem ſentiat origine (ſi id agat) prorſus ignoramus. Interea tamen quid ipſe exiſtimem non reticebo: Fieri enim poteſt ut noſtræ ſuas obſer-

vationes, vel aliorum noſtras confirment. Caryophyllum ergo lapideum, à Caryophylli aromatici ſimilitudine ſatìs concinnè appellatam agnoſco; neque Author eſſem ut quis eo proſcripto, aliud nomen excogitet; cum eo Titulo à reliquis ſuæ ſortis facilè dignoſcatur. At originem ſi attendamus, non aliud reverà eſt quam *Stellæ* cujuſdam foſſilis modiolus; quam opinionem ut quis amplectetur aut rejiciat; ipſe lapis cum modiolo Stellæ marinæ decem radiorum *Fab. Columnæ* conferendus eſt *; quæ in Muſeis curioſorum ſubinde occurrit. Mihi certè utriuſque faciem ſupernè convexam & ſubtùs ſtellatam, cum aliis notulis obſervanti, adeò hac de re liquidò conſtabat; ut jam de Caryophylli lapidis genere nullatenus dubitem. Præterea Stellarum foſſilium varios modiolos in iiſdem hiſce Caldianis rupibus invenimus †: alios nimirum radiis integris; decurtatis alios; nonnullos iiſdem prorsùs ſpoliatos: omnes quoad materiam ex eodem quo *Caryophyllus*, Judaici lapidis ſelenite conflatos. Quamvis verò hos lapides cum aliis non paucis ad Stellas marinas utpote communi genere ortas referrem; non dico eos olim animalium meras cruſtas & oſſicula extitiſſe. Quæſtionem hanc impræſentiarum in medio relinquimus: id ſolum aſſeverantes; ſtellarum ſpolia hos lapides non minùs aſſimulari, quàm marina Conchylia ea quæ è terrâ effodiuntur; Gloſſopetras & Bufonitas ipſos piſcium Dentes & folia Mineralia, ea quæ viventium ſunt ſtirpium. De horum Foſſilium origine ubi inter Eruditos tandem conventum fuerit; Caryophyllus iſte cum reliquis ſuæ ſortis, ſanctionem ſponte inibunt. Interea temporis ſi egregio huic operi ejuſmodi Obſervationes tantillum lucis adferent; deſideriis noſtris optimè reſpondetur: neque enim eſt quod laboris pœniteat, ſi quos ipſe piſces captare nequeo in aliena retia compellam.

* *Vide* Uliſſ. Aldrovandum *de Inſectis, l. 7. c. 18. Jonſtonium de Inſ. p. 146. Tab. 28. Fig. 14.*

† *Vide Tab. 14. g. h. i. l. m. & Tab. 22. 4.*

5. *Aſteria vera ex Helvetia* eadem eſt cum cinerea Oxonienſi ad numerum 1177. niſi quòd noſtrates plereque paulò majores ſint.

6. *Aſteriſcus* idem eſt quem deſcripſit Cl. Liſterus in Adverſariis Societatis Regiæ, ad Numerum 112. Fig. 14. ſub Titulo Aſteriæ Appendiculæ. In Anglia enim Aſteriis conjuncti non rarò inveniuntur. *

* *Vide Cat. Num. 1195. T. 12. 1196, 1197. & T. 22. Num.*

7. *Oſtreites Sulcatus* Terebratulæ ad numerum 838. (ſeu Conchæ anomœæ Columnæ) varietas eſt.

8. *Pectinites biſoris* à noſtrate ad numerum 565. non multùm abeſt.

9. *Cochlites* Wagneri, ad noſtratem quoque accedit, ſub numero 323.

10. —Ejuſdem

10. ——Ejuſdem *Cochlites planus teres*; *ſeu ſeſſilis, abſque ſtriis ac in ſe revolutus*; in hoc Catalogo Nautilites minimus, ſubcraſſus Sabuletorum appellantur.

11. *Conchites rotundus, ſeu Ctenites Kentmanni* idem videtur cum noſtro Pectunculite Oxyrrhyncho ad num. 663.

12. *Conchites ſtriatus planus* apud nos quoque vulgatiſſimus eſt cujus varia ſpecimina hoc ſcrinium ſuppeditat, ad num. 665, 666, &c.

13. *Cornu Hammonis vulgare* convenit cum noſtrate, ad numerum 278.

14. *Gloſſopetra minor, ſive Ophiogloſſum petræum*, nullatenus differt à noſtro Ornithogloſſo ſeſſile vulgari, ſeu Gloſſopetrâ picæ linguam referente.

15. *Ferrugineos lapillos*, Angli **Ruſt-Balls**, ſeu Globulos rubiginoſos appellant. Hæc enim ferri minera globulari formâ apud nos non rarò invenitur.

16. *Oſtreites univalvis* in Anglia vulgatiſſimus eſt lapis quem Liſterus in Appendice ad Tract. de Animalibus Angliæ, ſub titulo Conchitæ anomæi rugoſi roſtro ſubtereti inſigniter adunco donati deſcripſit & delineavit. Ego quamvis ad Oſtrea foſſilia, cum Wagnero retulerim, à roſtro tamen adunco *Gryphitam* dixi, cujus varias ſpecies enumerat hujus Catalogi Claſſis quinta.

17. *Ovum anguinum* nobis Echinites maximus laticlavius audit. Rariſſimè in Britannia integri inveniuntur: at fragmenta ſatis elegantia circa Oxonium ſæpiùs occurrebant.

18. *Piſolithus Helveticus* à glandulari noſtrate planè alius eſt; neque in Britannia quod novimus invenitur. *Vide Cat. Num.* 910.

19. *Teſſeras luſorias* quod attinet: naturales eas quoad materiam, & Teſſellatam formam exiſtimo; quoad notulas alearum ocellis planè reſpondentes, factitias: quod ideò monendum duxi, quia de hac re curioſiſſimus Wagnerus dubitare videtur; & quàm plurimi Eruditi pro genuino naturæ opere, has teſſeras habeant. Pyrites teſſellatus, ſive Ludus Helmontii variæ magnitudinis copiosè apud nos Cambrobritannos (quorum regio Helvetiæ ſimillima) invenitur in lapide quodam ſciſſili ſubcæruleo vulgari: at punctulis nullo latere diſtinguuntur; neque alibi in rerum natura ejuſmodi extare credidero, donec fractis propriis manibus ſaxis (idque variis in locis) in medio undique incluſos, idonei authores invenerint. Ut enim ſæpè memoriæ & ſcientiæ causâ rebus naturalibus artificialium nomina tribuamus; naturam tamen ut in hac re, artem imitari (quod Tu ſatis noſti) planè anile eſt, credere.

20. *Unicornu fossili & Ceratitæ* congenera quædam Fossilia juxta Witneiam agri Oxonienſis oppidum invenimus, quæ in hoc Catologo *Xyloſteæ* nominantur; at noſtratia coloris ſunt fuſci aut ex fuſco atrorubentis, materiæ ſolidæ & homogeniæ. Atque hæc ſunt (Vir celeberrime) quæ de Eruditiſſimi *Wagneri*, & reliquorum pergrati Tui Donarii effigiatorum lapidum, cum Britannicis convenientiâ, adnotanda habui. Vale itaque Fautor nobiliſſime & inopinatæ huic interpellationi æqui boníque conſule.

Caldeiæ Dimetarum Inſulæ, 26. *Die Martii*, *Anno* 1698.

EPISTOLA

EPISTOLA II.

De Encrino Lachmundi, Entrocho Agricolæ, Aſteria altera Staffordienſi Plotii; aliiſque rarioris Notæ lapidibus à Cumbriâ acceptis.

Ad R. V. D. Guilielmum Nicolſon *Archidiaconum Carleolenſem.*

TRibus hinc ſeptimanis (*Ampliſſime Nicolſone*) ad manus noſtras delata eſt quam miſeras rariorum Lapidum ciſtella: munus certè penitioribus ſcrinii noſtri archivis digniſſimum; utpote quod nondum viſis conſtet Cimeliis, quæque ad ſententiam meam circa *Entrochi* originem, ſtabiliendam, multum conferre arbitror. Ea quænam fuerit jamdudum paucis innuebam: at novâ nunc data occaſione, liceat pluribus hac de re, & paulò explicatiùs diſſerere. Dixi quidem me omnes cujuſcunque ſpeciei Entrochos, Stellarum genere prognatos ſuſpicari: at quod olim ſuſpicabar, nunc argumentis quæ ſequuntur fretus, apertè aſſero.

Primò igitur inter jam miſſa, pulchrum ſpecimen invenio iſtius lapidis quem literis biennio abhinc datis ad *Encrinum Lachmundi* referebam *. Hoc cum fragmento cujuſdam ſtellæ marinæ *Radii* collato; convenientiam non

* *Vide Tab.* 13. *Fig.* 1106. *& Frid. Lachmundi. Oryct. Hildeſh. p.* 58.

non minorem reperio quàm habent cum piſcium dentibus *Gloſſopetræ* & *Buſonitæ*; *Hammonis Cornu* cum *Nautilis*; & reliqua marino-terreſtria cum ipſis animalium maris Exuviis, Dentibus & Oſſiculis. Hanc autem ſtellam è muſeo *Charltoniano* per eruditum orbem meritò celebri, jampridem habueram ſub titulo *Stellæ marinæ Magellanicæ*; cujus mutam iconem apud *Johnſtonum* Tab. XXVIII. ad numerum decimum quartum (ſeu infimi ordinis ſecundum) invenias. Dum verò invicem comparaveris, ſtellæ radius ariſtis ſpoliatus ſupponendus eſt: cum enim Echini foſſiles nuſquam ferè aculeis armati compareant, non eſt quod Stellas minerales iiſdem inſtructas expectemus. Articulorum quidem figuram aliquatenus diverſam fateor; ſed hoc nihil moror: in aliâ forſan ſpecie propiùs convenient. Figura prorſus eadem, ſupernè paulò convexior, loricata, ſubtùs ſulco excavata, crenato utroque margine, mihi eandem originem abundè teſtatur. *Hammonis Cornu* triginta ad minimum Species, vel in hac ſola Inſula inveniuntur; cum tamen vix tres aut quatuor Nautilos, iiſdem per omnia reſpondentes quotquot hactenus extitere ubique gentium Zoographi, depinxerint: & tamen *Ammonis Cornu* cujuſcunque Nautilique Structuram internam qui attentiùs luſtraverit; de communi eorum origine non amplius dubitabit. * De *Echinorum* & *Stellarum* ſpiculis (ut alia omittam) idem intelligendum. Quis enim ubi *Lapidem Judaicum* cum Echinorum quorundam foſſilibus *Aculeis* commiſerit; utriuſque extremitates, ſuperficiem, materiam diligentiùs attendens; hunc etiam iis annumerandum non agnoſcet; magnitudine & glandulari effigie, qualem nullius hactenus deſcripti oſtendunt Echini aut Stellæ ſpicula, nequicquam reclamantibus?

Vide VI. *Claſſ. hujus Catal. Proœmium poſt. Num.* 235.

2. Dato quòd *Lachmundi Encrinos Aſtropodiis* (ſic enim foſſiles *Stellarum* Radios cum eorum fragmentis appellamus) meritò accenſeatur; *Entrochorum* eadem planè materia, idem color, nec diſſimilis articulatio; ſi non idem genus, ei ſaltem proximè cognatum fatetur. Adde quod ſicut *Entrochus* aliàs lamellis ſingularibus aliàs geniculatus ſeu pluribus rotulis conjunctis reperiatur; ſic & *Encrinos*, quamvis apud vos plereque multijugus ſit; in fodinis *Bercheriæ*, *Oxoniæ* & *Northamptoniæ* & univerſim per *Angliam* Auſtralem, ſolitarius ſæpè, cumulatus rariſſimè invenitur.

3. Anno

3. Anno elapſo ad *Trajectum Pyrtonenſe* in hoc Catalogo ſæpius memoratum, *Ichthyoſpondylos* majores, aliósque elegantes *Sabrinianos* æſtuarii lapillos quærens; incidi in novum quoddam *Aſtropodium* arboreſcentis *Stellæ* ſarmentum referens: quod idcirco *Aſtropodium ramoſum vulgare* (plura enim occurrebant ſpecimina) ſeu *Stellæ foſſilis arboreæ Virgultum* appellare placuit. Hujus materia eadem planè eſt quâ conſtat *Entrochus* & *Encrinus*: Figura ad *Entrochos* quouſque accedat ipſe ex icone quàm deſcriptione meâ facilius colliges. * Neque habeo quod de eo ſuperaddam, niſi quod in eodem litore varietates aliquot colligere licuit; aliis ſcilicet ramulorum cimas, aliis truncos referentibus: densè ramuloſis & tenuioribus nonnullis; quibuſdam raris viminibus ſed majuſculis compoſitis; omnium matricibus (quamvis parte aversâ aliam faciem oſtendant) eadem cum ipſis materiâ conflatis. At neque hic obliviſcendum *Entrochos* quoque ſæpius ramoſos inveniri; quod patet ex figuris *Liſteri* & *Beaumontii* †, Tuiſque & noſtris in aliis locis obſervationibus: unde ad Arboreas quaſdam *Stellas*, ſeu Prorepentes, non Tardigradas, hos lapides refero.

* *Tab.* 14. *N.* 1132. *b.*

† *Adverſar. Phil. S. Reg. Num.* 100. & 150.

4. In hac vicinia ſicut & reliquis *Cambriæ* Agris quotquot ſaxum Calcarium præbent, *Entrochorum* plures habentur varietates. Haſce igitur nuper in clivis *Caldeiæ* inſulæ curioſiùs inveſtiganti; quidam non anteà viſi qui huc faciunt occurrebant lapides: quorum alii integras *Stellas*, alii eaſdem paulo mutilatas, alii *Stellarum* modiolos vel etiam radios; nonnulli radiorum infimam, mediam, aut extimam partem ad amuſſim referebant. Horum variæ erant ſpecies quarum Titulos & icones adjuncto catalogo inſeruimus, neque eſt quod hic repetam *; at materia omnium ab ea quæ *Entrochorum* eſt nullatenus diverſa. Inter alios modiolos unum invenire contigit, Stellatis ſcutulis compoſitum, cui à parte alterâ Radioli quidam minimi ariſtati; alterâ verò *Entrochus* minor alternus (h. e. *rotulis alternatim prominulis*) duas uncias longus adhærebant. Hujus iconem ad † Tabulam viceſimam ſecundam exhibui, quâ viſâ in meam fortè ibis ſententiam de *Entrochi* parentelâ; quamvis fateor Stellas mihi nondum viſas, diverſi generis radiis inſtructas. At in Hiſtoria animalium marinorum nulla ferè ſunt quæ novimus, ſi cum ignotis comparentur.

* *Num.* 1132. *b. c. d.* &c.

† *Tab.* 22. *Num.* 4.

Objicis forſan, unum hoc exemplar non ſufficere ad rei certitudinem ſtabiliendam? Reſpondeo, doctiſſimum Virum

Virum *Georgium Agricolam* idem jamdudum obſervaſſe: ſic enim ſcribit in libro quinto de Naturâ Foſſilium. *Quin ſæpenumero lapis informis reperitur unà cum Trochite & Entrocho, rotæ in ſe continens figuram, quæ in eo quaſi quædam radix Trochitis jam abruptis remanſit.* Neque id latere noſtratium Foſſilium primum indagatorem, ſagaciſſimum *Liſterum*: qui *Entrochorum Eboracenſium* modiolos delineavit * quos poſtea etiam apud *Somerſetenſes* invenit D. *Beaumont* † & quidem felici ſatis augurio Modioli cujuſdam ſui appendicula, arboreſcentis Stellæ ramulorum exortum æmulari ſcripſit: quamvis nondum eò pervenerant ejus obſervationes ut hanc iis originem aſſignaret. Atque hæc dicenda habui de *Entrocho* & *Encrino Lachmùndi*. Neque eſt quod de iis inſuper adjiciam, niſi quod eandem copiam *Entrochorum* & forſan varietatem quam exhibet *Caldeia Pembrochienſium*, *Barriana* quoque in *Glamorganiæ* Inſula, & proculdubio aliæ plurimæ per *Cambriam* & *Angliam* calcariæ rupes, oſtendant. In utraque Inſula pedali longitudine, & furcatos nonnullos vidimus: ſed ii rariſſimè occurrebant; rupibus adeò indivulsè adhærentes, ut nulla integra auferre liceret exemplaria: *Entrochis* annumeranda eſt quam *Volvolam* * in hoc Catalogo appellamus, quamvis in ea inconſpicuæ ſint plerumque rotularum commiſſuræ; nec primâ facie de *Entrocho* cogitaret qui eam contemplatur. Sed haſce cum in cretoſis *Cantianis* inveniantur; ab amico aliquo *Londinenſi* tibi miſſas & ſatis notas ſuppono. Reliquos hujus capſulæ quod attinet. *Aſteria rubra minor, altero latere compreſſior*, † Aſteriæ ſecundæ *Plotii* in *Hiſtoria Staffordienſi* varietas eſt,* à quâ præcipuè differt quòd ſit minor; quinto angulo depreſſiori & colore lateritio. Ab *Encrino Agricolæ* (quæ *Sphragis aſteros Geſnero* & *Aſteria vera Boetio*) † præcipuè variat Striarum ad utramque extremitatem Scalptura: Sic enim de ſuo *Encrino, Agricola**. *Quælibet verò talis pars quinos habet angulos, latera totidem, utrinque quina Lilia, unde Pentacrinos Græcè dici poteſt. Quemadmodum verò Entrochus conſtat ex multis interdum Trochitis, ſic Encrinus ex multis Pentacrinis.* Ex quibus liquet Aſteriam Scalpturâ pentaphylloide, cujus variæ ſpecies per Angliam mediterraneam vulgatiſſimæ, eum intellexiſſe. Hæc autem de quâ agimus *Aſteria Staintonienſis* ſcrobiculo neſcio quo in centrali parte inſignitur, à quo marginem versùs argutis admodum ſtriis undique exaratur. In *Cambrobritannia* eam invenire mihi nondum contigit: at Species altera *Glamorganiæ* variis in locis occurrebat: præſertim ad *Promon-*

* *Phil. Tran. Num.* 100.
† *Phil. Tran. Num.* 150.
* *Num.* 1162. *Tab.* 13. 1163. 1164.
† *Vide Tab.* 22. *Fig.* 3.
* *Hiſt. Nat. Staff. p.* 178. *Tab.* 11. *Fig.* 3.
† *Anſelmi Boet. Gem. & Lapid. Hiſt. p.* 300.
* *G. Agric. de Nat. Foſſil. L.* V.

Promontorium Penarth prope *Cardiviam*; ad fontem *Culverwel* juxta *Boverton* & in argillosis clivis ad castrum *Sancti Donati*. Apud *Monemuthenses* uno tantum loco; ad clivum nempe *Sabrinianum* à pyrite aureo quo splendet *Gold-Cliff* dictum, occurrebat. *Corallina* ea Schemata ex eadem lapicidina *Staintoniana* quam ad *Corallinam* officinarum in Tuis refers, eandem æmulari agnosco, sed cum *Stellarum* etiam corium (Tradigradas intelligo) nonnihil exprimat, iisdem prorsus articulatis venulis constans; atque ab *Astropodio* ramoso *Pyrtonensi*, ramulorum tantum tenuitate solummodò & eorum copia differre videatur; nos impræsentiarum *Astropodiis* in hoc Catalogo annumeramus *; ad *Lithophyta* forsan alia occasione, ubi pluribus visis exemplaribus, ortus ejus clariùs innotescat, prælaturi. Hujus reticulatam quandam speciem *Caldeia* Insula copiosè suppeditat; quæ utrùm ad *Escharam* aliquam aut *Reteporam* referri debeat, necne, cum ea ad manum non sint, ulteriori examini relinquo. Certe *Porus* iste gallinaceæ pennæ minoris crassitie, undiquaque punctulatus; & capillacea ea plantula quam Tuæ marinis Muscis merito accensent in eodem lapide *Staintonensi* delitescentes, argumento esse possint priores etiam marinarum stirpium Classe oriri. Neque novum est ut constat, cùm variis Authoribus tum scrinio nostro lapidario † Plantarum partes præsertim earum quas minùs perfectas dicimus (sive eæ Terrestres fuerint sive Marinæ) in Terræ visceribus reperiri *. At vereor ne graviora Tua studia nimis interpellem; quamvis & hanc Historiæ Naturalis partem, magno ejusdem apud eruditos honore, successivis aliquot horis non indignam judicasti. Vale itaque, Vir Ornatissime, eique inter reliqua quæ ad supremi numinis sapientiam, plus ultrà dignoscendam, venerandam, suspiciendam faciunt, favere perge.

* 1132. c. *Tab.* 14.

† *Vide Class.* II. & III.

Dab. Scotòburgi apud Pembrochienses d. 20. *Aprilis.* 1698.

EPISTOLA III.

Summarium Literarum V. C. D. Richardi Richardſon *M. D. De Entrocho lapide, Conchitis & Lithophytis ſeu Plantis mineralibus agri Eboracenſis: de Bufonibus mediis Saxis incluſis, & depictis aliquot in Schiſto carbonariâ Inſectis.*

DE effigiatis noſtræ hujus viciniæ Foſſilibus à me nihil abſolutum expectabis; utpote in hac jucundiſſimâ Hiſtoriæ Naturalis parte, novitio planè Tyrone, & nimis imperito: quæ tamen hactenus obſervare licuit, quoniam id rogas, ſic paucis accipe. Singularis figuræ Foſſilium tria tantum genera invenimus. *Entrochos* nimirum, *Conchylia* mineralia, & quæ *Lithophyta* vocare ſoles. *Entrochorum* ad locum *Clattering-Sike* dictum, medio itinere inter *Malham* & *Setle*, tantam copiam vidimus, ut brevi ſpatio modii aliquot iiſdem impleri poſſent; quorum nonnulla variæ figuræ & magnitudinis collegimus Specimina: alia nempe inſigniter ramoſa, diſtorta alia, alia compreſſa; quædam longiuſcula, brevia, mediocria; craſſa, exilia, minutula, &c. Hi etiam quamvis minùs copioſè, è fodinâ quadam plumbi, & æris juxta *Malham* (ubi Fairy-Beads vocant) eruuntur: imò & non rarò in rupibus ejuſdem conventus Cravenienſis, quæ ſaxo quodam conſtant molari ſimili deliteſcunt. *Conchylia* hactenus obſervata ferè è Bivalvibus ſtriatis ſunt omnia: loco præfato *Clattering-Sike* varios pectines colligere licuit, qui materiâ quaſi inter ſaxeam & teſtaceam media, conſtare videbantur. Ad hanc Viciniam per ſpatium trium

aut

aut quatuor milliarium in Saxo Lithanthraci incumbente *Conchites leviter rugoſus depreſſior Liſteri* admodum vulgaris eſt: interdum etiam *Pectinites* iſte umbratilis, ſeu membranaceus occurrit; quem olim è carbonariis *Monæ Inſulæ* ad nos tranſmiſiſti, cujuſque apud eundem Clariſſ. Authorem fit mentio in Tract. *De Anat. Conchyl. Part.* II. Verùm hic notatu dignum, quòd in puteis ubi ejuſmodi Pectinites umbratilis Schiſtum Lithanthraci proximè incumbentem occupat, plantarum nullæ appareant figuræ. Apud nos ſaltem ſic ſe res habet; nec alibi aliàs eſſe, ex Tuis de Carbonariis Monenſibus biennio abhinc datis conjicio. *Conchitæ leviter rugoſi depreſſioris* materia prorſus Cryſtallina eſt, adeò ut non aliud videatur quàm Fluor quidam ſubluſtris, cujus facies exterior, conchylii ſuperficiem exhibet. Hujus tanta eſt copia ut in quibuſdam puteis carbonariis per novem aut decem pedes vix aliud Foſſoribus occurrat; idque aliàs parciùs aliàs copioſiùs, per milliarium aliquot ſpatium (ut ſupra innuimus) obtinet. An verò tanta hujus conchylii copia, ullibi marium extet, ipſi videant qui ad diluvium Univerſale Teſtacea omnia referunt foſſilia. Alios quoſdam pectinitas ſaxum calcarium ſuppeditat: neque hic prætereundum quòd in hiſce regionibus præ aliis hoc ſaxum conchylia exhibeat Mineralia. Adeò enim non verum eſt quod nuperus quidam Scriptor *D. W.* tradit omnes quaſcunque rupes & præſertim editiores Teſtaceis foſſilibus abundare, ut nobis ea ſedulò quærentibus ad altiſſimos Scopulos montium *Ingleburrough*, *Pendle*, alioſque per Angliam ſeptentrionalem non paucos, ne unius quidem conchylii occurrebat umbra. [Idem ipſe obſervavi in montibus, & Rupibus *Walliæ*.] Lithophyta quod attinet; varias Species carbonariæ vicinæ oſtendunt, præſertim eorum quæ folia Mineralia appellantur. Hæc pleréq; vel in imo putei Strato (ſeu Lithanthraci proximè incumbente;) vel ſaltem in penultimo, aut antepenultimo deliteſcunt. Interdum eadem in minera ferri invenimus, nec ſemel in ſaxo quodam cinericeo vulgatiori apparuere. Non aliud ſunt utplurimùm quàm foliorum quaſi plagulæ lævioribus ſaxis ſciſſilibus inſculptæ, aliàs quidem ægrè viſibiles, aliàs ſatis conſpicuæ. At nonnunquam ipſiſſima folia materiâ flexili membranaceâ conflata invenire contigit; undè & reliqua ab ipſis foliis jamdudum abſumptis aliquando impreſſa fuiſſe, ſuſpicio. Foliorum autem alii pronam faciem, alii averſam oſtendunt lapides: at notatu dignum videbatur quoſdam ſuperficie ſuâ pronam filicini cujuſdam ramuli faciem exhibu-

hibuiſſe, qui tamen quantumvis fiſſi planè averſam, toties quoties oſtendebant. Inveniuntur etiam in hiſce puteis præter folia non rarò caulium, & ſi rectè conjicio, radicum quarundam fragmenta, lignorum fruſtula, & cortices; imò quædam hujuſmodi ſchemata, floſculos, alia ſemina & fructus ſpurios; Iulos putà Colurnos, Alneos & Betuleos mentiri, dixeris. Integram aliquam plantam mihi ipſi nunquam invenire licuit; à foſſore tamen fide digno [*Thoma Kirkmanno*] accepi; ſe viginti hinc annis elapſis in integram filicem mineralem incidiſſe. Quoad ſpecies noſtratium Lithophytorum; iis ſummâ quâ potui diligentiâ cum ipſis plantis quas æmulari videbantur collatis; Stirpes minerales vegetabilibus minores utplurimum deprehendi; neque ullis quidem per omnia reſpondere comperi. Verum quidem eſt è capillaribus eſſe pleraque noſtratium puteorum Lithophyta, quamvis & non pauça aliorum generum invenire licuerit. At quod mirari ſubit; tot ferè ſpecies capillarium mineralium è pauculis hiſce carbonariis Bradfordienſibus, penes me habeo; quot per univerſam Britanniæ Inſulam hujus generis naſcuntur Vegetabilia. Lithophytis noſtratibus Titulos (cum ut dixi per omnia non reſpondeant) nondum audemus aſſignare; ne tamen eorum prorſus nullam habeas notitiam, en catalogum quorundam Vegetabilium quibus ex parte ſimilia videri poſſint.

1. Filix florida ſive Oſmunda regalis.
2. Filix mas dicta ſeu non ramoſa.
3. Filix fœmina.
4. Trichomanes.
5. Adianthum album ſive Ruta muraria.
6. Dryopteris nigra.
7. Adianthi aurei aliorúmque muſcorum aliquot Species.
8. Pentaphyllum.
9. Onobrychis minor viciæ foliis. C. B.
10. Folia Aſtragalina.
11. Folia Fraxinea.
12. Jaceæ cujuſdam aut Centaurei majoris capitulum.
13. Varia graminum folia.
14. Conferva Plinii.
15. Algæ quædam tenuifoliæ.
16. Saxifraga graminea puſilla parvo flore tetrapetalo Raii Synop. Meth.
17. Spica ſecalina & graminis Panici.

18. Chry-

18. Chryſanthemi neſcio cujus flos petalis bifidis.
19. Abietis cujuſd. ramuli cortex.
20. Arundinis vallatoriæ radix,&c. &c. &c.

Stratorum apud nos conditionem quod ſpectat; eam nuperrimè dum foſſores Carbonarii novum puteum effoderent, è terræ ſuperficie uſque dum ad Lithanthracem ventum eſt, adnotare placuit; quæ omninò ſic ſe habuit.

	Ped.	
1. Gleba hortenſis vulgatior,	1	½
2. Argilla lutea,	6	0
3. Argilla ex luteo & cinereo mixta,	4	½
4. Ammites, ſeu arenarium quoddam Saxum friabile coloris ſubatri,	6	0
5. Ferri mineræ varia ſtratula argillæ luteæ ordinibus intermixta,	4	½
6. Schiſtos nigra compactilior, [a hard black Scale.]	3	0
7. Saxum ſublividum aut cinereum molle,	4	½
8. ——Idem durum,	10	½
9. Lithanthracis tenuiſſimum ſtratum. A thin Bed of Coal, which the Work-men call the Crow-Bed.	½	0
10. Ferri minera nigræ terræ admixta,	3	0
11. Ammites compactilior nigreſcens,	4	½
12. Schiſtos nigra duriuſcula,	4	½
13. Saxum friabile nigreſcens ferri mineræ admiſtum,	7	½
14. Saxum molle ſublividum in quo ſæpiſſimè inveniuntur Lithophyta,	4	½
15. Saxum durum ejuſdem coloris,	7	½
16. Schiſtos nigra,	1	½
17. Lithanthrax qui è duplici ſtrato, ſuperiore & inferiore conſtat; nigro Saxo molliori, duarum unciarum altitudine interjecto.	3	½

In toto hoc rudere nullum Conchylium aut Conchylii vel minimum quidem fragmentum, quamvis ea ſummopere inveſtigarem invenire licuit. Atque hæc ſumma eſt eorum quæ de ſtatu Foſſilium noſtratium, hactenus obſervare potui; ubi plura occurrent notatu digna, ſtatim audies.

De

De hiſce quæ octo hinc annis, circa Bufonem medio Saxo incluſum ad te ſcripſi, nihil eſt quod quis dubitet. Ipſe enim dum ſaxum frangeretur adfui; & à foſſoribus de vivo Bufone invento ſtatim admonitus, & hunc vidi & ejuſdem carcerem, in medio Saxo, nullis poris nudis oculis conſpiciendis, permeabili. Imò (quod optimè memini) pars ea quâ latuit reliquo Saxo durior erat; ex eoque genere quod noſtrates an Iron-band vocant. Relaxatum animal non auram ultra tres horas vivum ſuſtinuit.* Nomen loci *Moor-Cloſe*, juxta Capellam Wibſeianam in Parœciâ Bradfordienſi. Verùm non uno tantùm loco apud nos viſi ſunt hujuſmodi Bufones Saxigeni: ſpectatiſſimæ fidei Vir D. *Carolus Hall* mercator Eboracenſis, teſtatur ſe adſtante confracto quodam Saxo majore ſolidiſſimo, vivum Bufonem excidiſſe, animalis formam latibulo quod ad meditullium erat, ad amuſſim exprimente. Hoc autem Saxum (cujus diameter quatuor circiter pedes colligebat) ad pratum quoddam Lewenthorpenſe juxta oppidum *Leeds* extra hominum memoriam in terræ ſuperficie extabat. Bingleiæ, quæ ſex circiter hinc diſtat milliaribus, domo quadam Eccleſiæ vicinâ extat Saxum, quod jam focariæ trabis vicem obit, in quo viventium adhuc memoriâ inventus quoque eſt Bufo; in cujus rei Teſtimonium ſic collocabat architectus, ut cella in qua latuit tuentibus obverſa pateat. Plura hujus rei Teſtimonia apud nos audire poſſent qui ei fidem denegant; quamvis (ut quod ſentio dicam) non video unde fit quòd Hiſtoria Authoribus maximè idoneis † jamdudum confirmata, ulteriore probatione ullatenus carere poſſit. In hiſce enim hærere, plus propriæ opinioni quàm communi hominum ſenſui, tribuere eſt; & ſomnolenta quædam Philoſophemata præ autopſiâ, & demonſtratione colere.

* *Vide Plotii Hiſt. Nat. p.* 247. *par.* 40.

† *Idem loco cit. Johnſt. de Quadruped. Lib.* 4. *Cap.* 1. *Verul. Hiſt. Nat. Cent.* 6. *Exp.* 570.

North-Bierley, 16. *die Junii*, *Anno* 1698.

P. S.

EX quo hanc ſcripſi, novis aliquot Schiſti Carbonariæ fragminibus examinatis; quaſdam Figuras quas ad equiſeta referre ſolebam, aliáſque quas Fucorum & Algarum credidi, nihil aliud eſſe comperio quam ramulos eorum

eorum quæ *Squamata Schemata* appellare ſoleo. Utrùm verò & Lycopodium Tuum minerale, & quæ Carbonariis Denenſibus Cat's-Tail dici ſcribis, huc etiam referri poſſint, ipſe cogita. Certè meo judicio res ſuſpicione non caret. Scripſi olim ſuſpicari me *Araneorum* quorundam icones, unà cum Lithophytis in Schiſto Carbonariâ obſervaſſe: Hoc jam ulteriore experientiâ edoctus apertè aſſero. —Alias icones habeo quæ ad Scarabæorum genus quàm proximè accedunt. In poſterum ergo non tantùm Lithophyta, ſed & quædam inſecta in hoc lapide inveſtigare conabimur.

v. Tab. IV.

EPISTOLA

EPISTOLA IV.

De *Aſteriâ* & *Belemnite.*

Ad Cl. V. D. Joannem Archer, *M. D.*

QUadriennium ferè eſt (Vir Ornatiſſime) ex quo ultimò ſingularis figuræ Foſſilibus, per *Oxoniam* & *Bercheriam* indagandis conjunctam operam adhibuimus. Scio igitur te nova jam tandem expectare non pauca; quandoquidem rariſſimè fodinam aliquam tunc temporis accederemus quin dies diem doceret; aliquiſque anteà non viſus ſeſe in apricum proferret *Ichthyodos* aut *Ichthyoſpondylus*; aut alius ſuſpiciendæ originis Lapillus. Aliqualem quidem hiſce exquirundis progreſſum fecimus; at neceſſe eſt tardiùs promoveant Scientiæ, quarum cultores & pauci ſunt, & aliis plerumque negotiis impediti. Ad conclavia ſubterranea, rariùs patent introitus; neque in Terræ latebris adeò facilè dignoſcuntur ea quæ notatu vel ſunt digniſſima. Multis ergo opus eſt manubus iiſque in variis regionibus occupatis: neque unius eſt hominis idonea *Lithologiæ Plaſticæ* rudimenta deſignare; aut ætatis quidem hanc ſcientiam reliquis Naturæ Hiſtoriis æqualem reddere. Voluptate utcunque haud levi afficimur; dum intereà temporis materiam aliquam huic operi inveſtigando, mare in montibus

tibus obſtupemus & in Terræ viſceribus ad Metalla damnata nemora. Non enim nova ſolùm Conchylia atque Oſſa marina, cum Arboribus & Herbarum foliis quotidiè invenimus, ſed & plura Foſſilia jam multis ſeculis mineralium nomine recepta, ſi propiùs inſpexeris, animalem aut etiam vegetabilem originem confitentur. Ex hiſce aliquot præſens recenſet Catalogus, quamvis loci anguſtia co-arctatus, larvam iis prout res poſtulabat non potuimus eximere. Inter alia miraris forſan Boetii & aliorum *Aſteriam* * *Cruſtaceis Punctulatis*, ſeu Echinorum & Stellarum generi adnexam. Hoc itaque quare fecerim, jam paucis exponendum. Multis quidem hinc annis memoriæ causâ (quod præcipuus Methodi eſt uſus) Aſteriam *Echinaceis Foſſilibus* adnumerare ſolebam: quamvis id fecerim nullo alio ductus argumento, quàm hujus lapidis materiæ cum *Judaici* (quem ad Echinorum ſpicula meritò referebam) convenientiâ. Intereà Echinorum quotquot comparare poteram Dentes & alia Oſſicula ſtudiosè conferebam, ut viderem an quicquam Aſteriæ ſimile continerent id genus animalcula cruſtacea. Laboris quidem non pœnitebat: quamvis enim id quod quærebam non inveni; novos tamen aliquot lapillos quos variis in locis reperiiſſem hos Dentes & Oſſicula ad amuſſim æmulari comperi †. Dubiæ ergo originis aliquandiu manſit Aſteria; donec tandem Entrochorum *ſtirpe* inventâ, non ampliùs cognatos iis Aſteriſcos in Echinis ſed marinis Stellis quærebam. Denudato itaque Stellæ luteæ vulgaris radio; nonnullam convenientiam deprehendi, ſed vix tantam quæ ad rei certitudinem firmandam ſufficere poſſet: Poſteà, ad *Trajectum Pyrtonenſe* dum varias iſtius litoris Aſterias contemplarer; tria ſpecimina occurrebant ab omnibus antea viſis longè diverſa quæ hanc conjecturam maximoperè ſuſtinere videbantur. Horum primum Aſteria vulgaris columnata erat, quam in hoc Catalogo *majorem litoralem* diximus; ſed quæ ad extremum alterum amiſſi cujuſdam veſtigia ad unumquodque angulorum intervallum retineret. Hunc lapidem ergo vertebras cujuſdam Stellæ Tardigradæ ſuſpicabar, quæ ad dictam extremitatem *Serto* aut *Coronæ* inſeri debuerant; ejuſque iconem *Aſtropodium* Aſteria *dictum, articulis quibus corollæ adhæreat, appendentibus*, inſcripſi *: Hanc ſuſpicionem nonnihil augebat varietas ſecunda, quæ Aſteriæ cujuſdam unicum ordinem (ſeu ſtrigam) reliquos coſtellis obumbrantibus exhibere videatur; *Aſtropodii* propterea *Coſtellati majoris* titulo, ejuſdem Tabulæ ſeptimo loco delineata.

* *Vide Anſelm. Boet. p. 300. Liſt. Phil. Tranſ. N. 112. Muſ. Worm. L. 2. S. 2. C. 10. Plot. Hiſt. Ox. & Staff. &c.*

† *Vide Cat. Num. 1708, 1088, 1095, &c. Tab. 12.*

* *Tab. 22.*

neata. At tertiam omnes antea factas obſervationes, potiùs fortaſſis proſcribere quam confirmare dixeris: Cum enim anteà Aſteriam Stellæ cujuſdam vertebris aſſimularem; en ſexto loco * triplicem vertebrarum ordinem; qualem nulla Stella hactenus deſcripta exhibet, neque cum ſit præter ordinarium Naturæ curſum, uſpiam extare agnoſcis veriſimile. Reſpondeo, hujus generis animalia hactenus, Zoographorum induſtriam maximè eluſiſſe; ſiquidem à ſeptem vicini litoris ſpeciebus, vix unam aut alteram ipſis notam comperio: undè ubique gentium centurias aliquot indictas extare nullus dubito. Jam ſi haſce inter, vel una inveniatur cujus radii aut omnino aut ſolummodo ad dimidiam partem ſibi invicem coaleſcant; ſolutus eſt hic nodus. Neque eſt quod hoc adeò gratis poſtulatum quis dicat; cum brachia *Stellæ rubræ vulgaris tredecim radiorum* ad quartam longitudinis partem conjungantur. Cæterùm argumentis non adeo ſumus deſtituti ut veriſimilibus concedendis immoremur. Reſtat adhuc Aſteriæ ſpecimen quod nobis quidem ſuam originem palàm confiteri neque ulteriorem dubitandi locum relinquere videbatur. Relicto enim Trajecto Pyrtonenſi, & aliis inferiùs ejuſdem æſtuariis peragratis litoribus, tandem ad *Goldcliff* Monemuthenſium ventum eſt. Hìc Siliquaſtra aliquot ſeſe obtulere, uti & Ichthyoſpondyli, ſeu lapideæ piſcium vertebræ unà cum Xyloſteis † quibuſdam & foſſilibus Conchyliis. At neque Aſteriæ omninò deſiderabantur, quamvìs multò rariores quàm in argillâ & ſaxis Pyrtonenſibus comparerent. Ex iis autem unam invenimus ſaxo alicui affixam, cui ex altero latere ſex appenderent Coſtellæ; ex altero octo, quemadmodum ad quintam *Figuram* ejuſdem Tabulæ videre eſt. Coſtellæ quidem hæ novæ non ſunt, ſed à Liſtero jamdudum deſcriptæ *, nobiſque non rarò Aſteriis etiam adhærentes, at ſæpiſſimè ſeorſim, inventæ; & in hoc Catalogo *Appendiculæ* nominatæ. Novum tamen eſt has columnas adeò crebris & prælongis Appendiculis armari: quamvis non dubitem alicubi extare etiam longè pluribus inſtructas. Haſce autem *Appendiculas* ſi cum venulis dictæ Stellæ tredecim radiorum, à parte Corii interiore conſpicuis, commiſeris; quamvis reticulato quodam ordine diſponantur, eandem prorſus figuram, eundem modulum, eaſdem articulationes ſtatim deprehendes; omnéſque poſtea Aſterias, marinis Stellis ortas, nobiſcum fortaſſe pronunciabis. De Aſteriæ itaque origine apud me nullum eſt dubium: at de Belemnitis non idem audemus affirmare. Quædam utcunque de iis inquirenda in mentem veniunt,

* *Ejuſd. Tab.* 22.

† *Vide Claſſ.* XI.

* *The Wires of the Star-Stone.* Phil. Tran. 1112. Fig. 14.

niunt, quæ cum nuſquam hujus generis lapidem per univerſam Walliam hactenus invenire licuerit, curioſis Tuis alibi locorum Scrutiniis commendamus. Belemnitem quidem cum aliis pro mero lapide minerali habeo: at hoc etiam de Aſteria, Entrocho, Hammonis cornu aliiſque variis marino-terreſtribus, Oſſiculis, Dentibus & Conchyliis intelligamus neceſſe eſt; quandoquidem ſingulari tantùm figurâ pleréque à reliquis lapidibus diſtinguantur. Intereà tamen ſicut hæc Foſſilia ſuam formam & elegantiam marinis debent animalibus; ità & ſuam Belemnitem debere vehementer ſuſpicor. Quidam hujus lapidis convenientiam cum cornu piſcis *Narhwal*, quoad figuram teretem faſtigiatam, & cavitatem ad baſim advertentes, ignoti cujuſdam Monocerotis cornu pronunciarunt. Hoc quouſque valeat me fateor neſcire: neque enim ad Belluas marinas, ſed potiùs ad Teſtaceorum exuvia referendum ſomniamus. At nullas, inquis, Conchyliorum ſpecies cum Belemnitis quadrare novimus. Reſpondeo, in Foſſilibus cum marinis conferendis, ſufficere ſi in præcipuis quibuſdam conveniant. Cùm enim & Marina & Terreſtria deſcripta pauciſſime ſint, reſpectu eorum quæ ignoramus, rariùs (quod noſti) accidit ut ſpecie conveniant quæ conferre ſolemus, quamvis iiſdem quibuſdam notis genericis inſigniantur. Quare ſi unica Belemnitis ſpecies cum Teſtaceo aliquo convenire videatur, idoneam ſuſpicionis anſam (neque enim ultra conjecturas nunc loquimur) præbet. Conchylia autem quibus Belemnitas varias libenter annumerarem, ea ſunt quæ *Tubuli*, *Penicilli*, *Entales* & *Dentales* appellantur; in quo genere plura etiam extare nondum deſcripta comperimus. Ut verò jam innuimus, Belemnitas non ipſos Tubulos aut Penicillos, ſed potiùs Fluores quoſdam ex Tubuloſis hiſce Foſſilibus concretos ob ſequentes rationes, ſuſpicor.

Primo itaque Tubulis quibuſdam & Belemnitis, quamvis diverſa plerumque magnitudo, eadem propemodum Figura eſt; turbinata, teres & concava.

2. In lapicidinis Oxonienſibus, non ſemel Belemnite prægnantes Tubulos invenire contigit; quos tanquam rarioris notæ cimelia ſtudioſè recondidi: & in Scrinio noſtro ad numeros 1715 & 1716 curioſis exhibemus. Poſſibile eſt fateor hoc fortuitò eveniſſe: Belemnitem nempe in hiſce Tubulis formari; ſicut omne genus mineralia Teſtaceis Foſſilibus incluſa, aliubi reperiantur: at mea antea concepta his viſis exorta eſt ſuſpicio: num quid momenti habeat, alii diligentius videant.

3. In lapicidina Stansfordienſi, quæ Faringdoniâ non longè abeſt, *Belemnitis maximi Oxyrrhynchi* varia ſpecimina invenimus, quorum calices membranaceâ quadam Teſtâ, ex parte internâ obducuntur: quæ eodem etiam Scrinio ad numerum 1671. a. conſervamus. Jam ut darem Belemnitem in Tubulo conflari poſſe; non æquè libenter concedam alia Conchylia quàm Belemnitis coorta & connata, hiſce cavitatibus adeò ad amuſſim reſpondere: non enim accuratiùs arboribus aptantur cortices, quàm Belemnitarum concavis hæ Teſtæ.

4. In litoribus hiſce Terbighienſibus, & ubique ferè ad mare Hibernicum, arenarios quoſdam Penicillos fuſiformes, Belemnitis aliquot minoribus quoad molem & figuram non abſimiles collegimus. Horum autem longitudo duarum eſt aut etiam trium unciarum. Quoad craſſitiem, anſerinam pennam ad baſim, ad apicem gallinaceam minorem æquant: quin ad hanc extremitatem, ejuſdem materiæ appendicula, neſcio quæ è tubulo exeritur, ipsâ Teſtâ exilior, cui ſimilibus *Belemnitas Ari piſtillo æmulos* *, aliquando inſigniri novimus. Animalculum forſan è Scolopendris eſt; & ob rutilantes cirros *Auricomæ* agnomen meretur: cujus calloſum capitulum electrinum, rimulâ quadam bipertitim diviſum (de viventibus adhuc loquimur) dum contemplarer, non potui quin Lyncurios quoſdam lapides, ſeu Belemnitas ſuccineos in mentem revocarem. At verò ne ad hanc noſtram conjecturam omnia detorquere videar; fateor hoc parum ad rem facere, cum quoad figuram potiùs *Alveolum* † ſingularem (qui nullâ rimulâ ut noſti inſignitur) quam Belemnitem referat; neque adhuc compertum ſit mineralia alias figuras exhibere *extraneas* quàm vel plantarum partium, vel eorum quæ durâ conſtat ſubſtantia, utì piſcium Oſſa, Dentes & ſquamas; Conchylia, Poros & Corallia. Atque hæc ſunt quæ impræſentiarum de Belemnite proponenda habui. Siquid poſthac obſervare licuerit, quod hanc ſententiam firmaret vel prorſus diruat, continuo audies. Interim, vale Amice integerrime, nobiſque quæ occurrent notatu digniora viciſſim impertire.

* *Vid. Cat. Num.* 1702. *Tab.* 21.

† *Vid. Claſſ. ultim.* 1740.

Gotobergi 1. *Maii*,
1698.

EPISTOLA

EPISTOLA V.

Ad Ornatiſſ. V. D. Tancredum Robinſon M. D. *in qua Quæſtionibus nonnullis circa marina Foſſilia & Stirpes minerales, reſpondetur.*

HAbes tandem (Candidiſſime *Robinſone*) jamdudum propoſitis Quæſtionibus tuis noſtras quales quales reſponſiones; ſed tantæ moræ & deliberationi ſatis diſpares. Te tamen omnia qualiacunque ab amicis æqui bonique conſulere totiens expertus; quales præ manibus habui non ulterius reticendas judicavi, cum earum defectum, Deo vitam largiente, maturior olim obſervatio ſupplere poterit.

Queſt. I. Primò itaque quæris: *Quot & qualia ſint Foſſilia, quæ Folia Mineralia exhibeant: & an ulla hujuſmodi Folia Vegetabilium quæ referunt, colorem præ ſe ferant & conſiſtentiam?*

Reſp. Reſpondeo in quinque tantum lapidum Speciebus me hujuſmodi folia inveniſſe.

1. In Schiſto carbonariâ, ſive argilloſo quodam lapide ſciſſili cinereo, in carbonariis puteis Lithanthraci ut plurimùm proximè incumbente. De Lithophytis in hoc lapide inventis videndæ ſunt noſtri hujus Scrinii Capſula tertia & quarta, & legenda quæ ad nos ſcripſit Vir Hiſtoriæ Naturalis peritiſſimus D.R. *Richardſon* Epiſtolæ huic catalogo adnexa. 2. In Saxo quodam cinericeo, quod Schiſto præfatâ longè durius eſt & aſperius, nec in laminas fiſſile. Hoc Saxum in puteis carbonariis antequam ad ſchiſtum ventum eſt foſſoribus occurrit; ſed neque in omnibus fodinis invenitur, neque ubi habetur ſemper Lithophytis imprimitur. Nobis in ſaltu *Denenſi* apud *Gloceſtrenſes*; nec ſemel in lapicidinâ *Kidlingtonianâ* prope

prope *Oxonium* (ubi tamen nulli carbones) ſed copioſiùs juxta *Lhan Vabon* in *Glamorganiâ* ſeſe obtulit. 3. Inveniuntur quandoque in minerâ ferri, quod teſtantur *Plotii* obſervationes apud *Salopienſes* *. *Richardſonianæ* apud ſuos *Eboracenſes* †, & noſtræ juxta oppidum *Pont y Pwl* in *Monemutiâ*. 4. In Sciſſili lapide ſeu ſcandulâ quadam ex fuſco cinericeâ, juxta *Lhan-Gwm* in agro *Pembrochiano* graminei cujuſdam folii plura invenimus exemplaria, & juxta *Camdeni Bullæum* apud *Breconienſes* iiſdem ſimilia, ex altero latere minute admodum ſerrata. 5. Ad *Stainton*, qui Cumbrorum pagus eſt, in rubro quodam lapide ſciſſili unà cum *Entrocho* & *Conchitis* muſcorum aliquot plagulas invenit D. *Nicolſon*, quarum nos inter alia multa pro ſingulari ſuâ humanitate, participes voluit. Atque hæc de Foliorum mineralium matrice. Conſiſtentiam quod attinet: aliquando cum in Nemore *Denenſi*, tum in *Glamorgania*, capillarium mera folia tenuiſſima & membranulæ inſtar flexibilia obſervare licuit: ſed pleraque hujus generis folia aut ſubſtantiæ prorſus lapideæ ſunt; aut plagulæ ſeu ſtigmata ab iis materiæ contiguæ impreſſa. Quoad colorem unicam tantum cujuſdam filicis pinnulam obſcurè virideſcentem inveni, eamque ad ſylvam *Denenſem* in mediâ ſchiſto carbonariâ ad altitudinem triginta pedum. Atque hoc mihi in mentem revocat, ad lapicidinam *Baſiſlegianam* quæ *Oxonio* non procul abeſt, inter centurias aliquot *Neritarum* Foſſilium, me unicum Specimen fuſcum inveniſſe, & Ochroleucum alterum, qui *Neritæ* vulgaris *Liſteriani* nativi ſunt colores; & quoad molem & Figuram, minimum quoque interfuit diſcriminis. Membranacea Lithophyta præfata, arida omnino folia referebant. In rubro lapide *Staintonienſi* qui reperti ſunt muſci, rubri quoque erant coloris: reliqua aut nigra ſunt aut fuſca, aut ex fuſco ſublivida. Antequam ad ſecundam Quæſtionem tranſeamus, non alienum fortaſſe abs re dixeris, ſiquid de aliis quibuſdam foliorum Schematibus ſubjiciam. Scias igitur me cùm in *Henrici Volgand* obſervationem de figuris foliorum vitis & racemorum in glaciato quodam liquore incidiſſem * experiri an vel ejuſmodi folia, vel quæcunque alia, apud nos quoque exhiberent glacies. Rem, aggreſſo in urinâ glaciatâ quædam notatu digniſſima videbantur. Hæc enim in plumbeo imbrice ſub nocte frigidiſſima infuſa; proximo diluculo concreta, neſcio quos Filicis ramulos oſtendebat, eodemque experimento cum *Oxonii*, tum hic rure decies ad minimum repetito, vel eadem ſemper, vel iis conſimiles repræſentantur figuræ.

* *Vide Camd. Edit. Noviſſ. in Com. Flint.*

† *Ep.* 3.

* *Eph. Germ. A.* IV. & V. *Obſ.* 84.

guræ. Experiri placuit utrum eadem exhiberet hæc glacies Schemata, in vaſe patulo, quæ anguſto; alto, ac brevi; vitreo, ac figulino, &c. Sed in nullo adeo commodè res cecidit ac in plumbeo canali. Horum ulterior obſervatio an quicquam ad explicandam foliorum Mineralium geneſin conferat, ipſe cogita. Figuræ quantum delineari poterant (non enim diſtinctè obſervari ſe patiuntur) hujuſmodi erant.

Figuræ urinæ glaciatæ.





Quæſt. II. *An Conchylia, Piſcium dentes foſſiles, aliaque id genus marino-terreſtria in qualibet rupe, fodinâ & ſabulato per Cambro-Britanniam inveniantur?*

Reſp. Reſpondeo, majorem partem *Cambriæ* ejuſmodi Naturæ miraculis carere. Rarò enim apud nos alibi quàm

quàm in ſaxo calcario conſpiciuntur, & quidem hoc ſaxum vel Teſtaceis Foſſilibus, vel ſtellarum marinarum vertebris, vel utriſque, ſi non ſemper, ſaltem ſæpiſſimè inſignitur. *Snawdoniæ* Saltus qui *Arvoniæ* eſt, vocabulo juxta antiquam *Venedotiæ* Geographiam ſumpto, ſexaginta in ambitu complectitur milliaria. Hic tractus hodiè ſylvis ex toto propemodum ſpoliatus, adeò nudis undiquaq; horret ſcopulis, ut peregrinis ſpectatoribus terrorem cum alto ſilentio incutiat. Iis Plantarum & Foſſilium causâ magnâ ex parte peragratis; Teſtacea nulla, nulla Cruſtacea; nulli Ichthyodontes, Ichthyoſpondyli, Lithophyta; ut uno verbo expediam, præter varii coloris & magnitudinis cryſtallos & Pyrites teſſellatos, nulla prorſus ſingularis figuræ apparuere foſſilia. Idem dictum intellige de *Idriſti* montis, imo de omnibus totius *Venedotiæ*, *Powoiſiæ*, *Dimetiæ*, & *Glamorganiæ* præaltis rupibus. Idem quoque de ſuis apud *Anglos borales* editiſſimis montibus teſtatur Cl. *Nicolſonus*, idemque de *Eboracenſibus*; & *Lancaſtrianis* D. *Richardſon*. Hoc autem nos Saxorum quibus conſtant proprietati, non montium altitudini tribuimus; ut enim de *Alpibus Helveticis* ubi copiosè habentur, aliiſque locis tranſmarinis nihil dicam; apud nos & in iiſdem ſaxis vel in convallibus deſiderantur, & in ſaxo calcario ad excelſa juga inveniuntur. Ad cacumen enim *montis Blorenciani* juxta *Gobannium* (quæ *Monemuthenſis* agri quà *Brechiniam* ſpectat urbs eſt notiſſima) non tantùm Conchylia invenimus, ſed & varios piſcium dentes, Gloſſopetras præſertim, & quæ in hoc catalogo *Siliquaſtra* appellantur. Priora etiam in montoſis *Brechiniæ* propè Ystrad Gelhte in eodem ſaxo occurrebant; necnon veriſimile eſt dentes quoque ibidem reperiri, ſi quis locum curioſiùs inveſtigaret. Præterea in hoc *Cereticæ* comitatu ſaxum calcarium nuſquam invenitur, ſi lapides aliquot excipias qui ad Oſtium *Tibii* fluminis paulò infra hoc oppidum ſparſim in litore occurrunt. Jam iſti quidem lapides *Pectinitas* exhibent; cùm alibi per univerſum comitatum conchylia ſubterranea fruſtrà hactenus quæſiverim.

Quæſt. III. *Utrùm aliis regionibus quidam lapides effigiati (ſicut plantæ) occurrant, quæ alibi non habentur; an potiùs in quolibet comitatu qui hujuſmodi abundat foſſilibus eaſdem ſpecies invenerim?*

Reſp. Hæc res propemodum ſic ſe habet, ac in Plantis: ut enim plurimæ ſtirpes *Cambriæ* & *Angliæ* communes ſunt; aliæque variis hujus Inſulæ plagis peculiares; ita & multa foſſilia effigiata utrique familiaria habentur,

& quædam alterutri propria. Quemadmodum verò quoad ſtirpes, *Wallia* cum *Boreali Anglia* & *occiduâ* parte imprimis conveniat, ita iiſdem propiùs accedit quoad mineralia. Atque hæc ut exemplis aliquot illuſtrentur: aſterias quaſdam, Gryphitas, varios pectines foſſiles, Gloſſopetras & Siliquaſtra cum *Anglia* Mediterranea, & fortè universâ, communia habet; Cryſtallos, Pyritas teſſellatos, vulgares Entrochos, Columellum plectronalem, folia mineralia ſeu Lithophylla & pectinitem ſubſphæricum *Liſterianum* cum *Anglia* boreali & occidua: ſibi autem propria, Ichthyomorphos lapides, *Lithoſtrotion* ſeu *Baſaltem* minimum ſtriatum, Aſtropodia varia cum Aſtrorrhizis (ſeu ſtellarum modiolis) & quibuſdam Conchyliis. Ex adverſo in *Anglia* Mediterranea ſatis vulgares ſunt varii coloris, figuræ, & magnitudinis *Belemnitæ*, ut & *Echinitæ*, *Buſonitæ*, *Plectronitæ*, *Trichites*, & *Porpites Plotii* cum aliis bene multis, quæ apud nos parcè admodum, ſi omnino, reperiantur. Verum de hac Quæſtione perlecto hoc catalogo, & ad *Cl. Rivinum* Epiſtolâ, & collatis inter ſe ſcrinii noſtri foſſilibus tibi abundè ſatisfiet.

Quæſt. IV. *Foſſilia Teſtacea & Ichthyodontes hujus Inſulæ, quæ Britannicis reſpondent Conchyliis & piſcium dentibus, an ea quæ cum iis nullatenus conveniunt ſint numero plura?*

Reſp. Teſtacea quod attinet, vix pars decima hujus noſtri *Lithophylacii* cum *Britannicis* conchyliis convenit; quod unuſquiſque rei compos qui eadem cum marinis commiſerit, agnoſcet. Inter turbinata enim Foſſilia apud nos maximè numeroſi ſunt *Nautili*, & inter Bivalvia *Terebratula*, & *Gryphites*; cum ne unicam ſpeciem *Nautili*, *Gryphitæ* aut *Terebratulæ* (quam *Anomiam concham* dixit *Columna*) noſtra maria ſuppeditent. *Echinorum* foſſilium viginti ad minimum ſpecies invenimus; è quibus neſcio an duæ cum marinis noſtratibus per omnia quadrent. Eadem eſt ratio *Turbinum*, *Trochorum*, *Oſtreorum*, *Stellarum*, *Oſſium*, quæ *Aſterias* & *Entrochos* dicimus, aliorumque plurium. At reſpondet *Cl. Raius*: Varia forſan conchylia in alto mari deliteſcunt quæ nullâ tempeſtatum vi ad vicina litora deferuntur; ideoque *Zoographorum* diligentiam eluſere hactenus quantumvis indefeſſam. * Cæterùm ut quædam hac ratione ignota concedamus, ea tamen pauciſſima eſſe exinde colligo; quod oſtreorum piſcatores *Pembrochienſes* qui maris fundum per varias leucas tentare ſolent, ne vel unicam quidem ſpeciem (quantùm nobis obſervare licuit) exhauriant, quam ſagaciſ-

* *Tractatus tres Phyſico-Theologici; Anglicè.*

ſagaciſſimus *Liſterus* jam anteà non pinxerit. *Ichthyodontes* verò quod attinet, tibi nequeo impræſentiarum ſatisfacere: ut enim multos Piſcium noſtratium dentes, ſpondylos, & reliqua oſſa collegerim; nondum tamen ſatis amplâ eorum ſupellectile inſtructus ſum, ut hanc ex autopſiâ quæſtionem dirimam. Si quam tamen conjiciendi veniam conceſſeris; dixerim non aliter in hiſce quam Teſtaceis ſe rem habere. Quis enim unquam in noſtro Oceano Lamiam vidit, tantis & talis figuræ dentibus armatam ac ſunt *Gloſſopetræ Cantianorum* maximæ? *Siliquaſtrorum* quot varias Species per *Britanniam* eruimus, & tamen ejuſmodi dentibus inſtructum piſcem, ecquis noſtratium Piſcatorum unquam cepit? Idem intelligi volo (ut multa alia omittam) de hiſce quæ *Glandellariæ*, *Sutulariæ*, *Roſtraginis* & *Rutelli* nominibus *præſens recenſet* catalogus. *At hic forſan rogas cur ipſe eadem dentibus* annumero, cum nullos dentes quos referunt, noverim: reſpondeo, *Gloſſopetras* & *Bufonitas* (quod noſti) varios authores ante nos ad Piſcium dentes retuliſſe; idque jure optimo, cum notis characteriſticis conveniant; quod unuſquiſque agnoſcet qui eadem invicem comparaverit. Jam quædam *Siliquaſtrorum* Specimina, invenire contigit, radicibus quæ Gloſſopetrarum ſunt, conſimilibus adhærentia. Hiſce adde eundem nitorem & colorem non diſſimilem cum aliis notis quas diligentior eorum inſpectio ſuggeſſerit. Præterea nos novos aliquot lapillos invenimus, quos aliis piſcium dentibus reſpondere comperi; adeo ut tandem aliquali experientiâ edoctus hujus generis lapillum, non antea viſum quantumvis ignoto piſce, pro *Ichthyodonte* aliquo, dignoſcam.

Quæſt. V. *Utrum omnes Britanniæ Teſtaceorum animalium ſpecies è Subterraneis hujus Inſulæ erui poſſe exiſtimem?*

Reſp. Reſpondeo, me nunquam quantum diſcernere licuit *conchylia* aut Terreſtria aut aquæ dulcis ſucco lapideo imbuta; vel quovis lapide incluſa inveniſſe: argillosâ quadam cruſtâ obductas Terreſtres *cochleas* ad incruſtantes aquas juxta *Oxonium* ſæpius notavi; verum hæc ab iis quæ *cochlitas*, *conchitas*, aut Teſtacea foſſilia dicimus, facili negotio diſtinguuntur. Marina verò quod attinet: multa eruimus quæ eorum Speciebus optimè reſpondeant: qualia ſunt *Liſteri Nerita* ex fuſco virideſcens, *Trochus* albidus, *concha* è maximis admodum craſſa, *Concha* parva ſubrotunda, *Oſtreum* vulgare maximum, *muſculus*

ex cæruleo niger, *pectunculus* vulgaris, *Trigonella* & alia: omnes tamen noſtri Oceani cochleas inter foſſilia nondum vidimus: ſiquidem (ut rectè *Plotius*) *Buccina* majora, & *Concham Veneris* exiguam nuſquam invenimus*; uti neque *aurem* marinam, *Balanum* cinereum, & *patellam* ſtriatam! De *Balano* quidem & *Patellâ* notatu dignum, quòd cum *conchylia* ſint in noſtris litoribus omnium vulgatiſſima, ea adeò rarò ſi unquam (de noſtratibus ſpeciebus loquor) inter foſſilia erui. Reliqua minùs numeroſa ſunt: præſertim *Auris* marina, & *concha Veneris* exigua.

* Rob. Plotii Hiſt. Nat. Oxon. Cap. 15. par. 103.

Quæſt. VI. *An poſſibile ſit, ut argilla ſeu alia lapidis materia nondum indurata conchylii alicujus concavo incluſa, exteriorem ejuſdem Conchylii ſuperficiem ſuam faciat; adeoque tandem pereunte operculo duritiem lapidis & Teſtæ faciem induta, Conchites (aut Cochlites) fiat Archetypo ſuo quoad ſuperficiem omnino conformis? Hoc enim neceſſe eſt credant quotquot omnes cochlitas ad mare referunt: cum dentur nonnulli, conchyliis ſuperficie tenus omnino ſimiles, at ne minimâ quidem teſtâ cooperti, ſed materiæ continuò cryſtallinæ, ſiliceæ, &c.*

Reſp. Huic Quæſtioni reſpondeant qui pro ea opinione pugnant: dato enim quod tales inveniantur; neceſſe eſt me judice eoſdem vel in ipsâ terra natos agnoſcant, vel teſtæ in fluorem aut ſilicem, neſcio quam miraculoſam metamorphoſin effingant: & quidem dari ejuſmodi *conchitas* adeo verum eſt (quod abunde teſtatur hoc *Lithophylacium*) ut in quibuſdam locis, Teſtaceis longè vulgatiores inveniantur. Noſti opinor ſagaciſſimi V. *Nicolai Stenonis* ſolutionem: particulas nempe lapideas poſt diſſolutam Teſtam, vacantem locum occupaſſe †. Sed ut dicam quod ſentio, non capio quorſum ita conſpirent hæ particulæ, ut amiſſæ teſtæ figuram & ſuperficiem ad amuſſim repræſentarent. Probabiliùs ergo dixiſſet dictas particulas poros conchæ impleviſſe; & poſtea particulas Teſtaceas penitùs abſumptum iri. At neque hoc ſcrupulum exemiſſet. Quid enim lapideis particulis in ſupremâ Teſtæ peripheria undiquaque progreſſum inhibuit: & Conchylii formam & Nitorem pereunte ex toto materia ſarta tecta conſervavit?

† Nic. Sten. Prodr. p. 84. Edit. Angl.

Quæſt. VII. *Unde evenit quod cluſiles aliquot conchæ arctiſſimè inter ſe conjunctæ eadem cum ea in quâ reponuntur materiâ (ſive ea ſilicea ſit, ſive ſaxea, aut marmorea) impleantur, & non potiùs vacuæ effoderentur?*

Reſp.

Resp. Respondeo, ejusmodi *Bivalvia* in hisce Regionibus, necnon apud *Oxonienses* ad Fodinas *Witnianas*, & alibi locorum sæpe non eâdem cum matrice sed materiâ crystallinâ impleri: quam quidem materiam cum longè majorem partem nostratium *cochlitarum* comitetur, dico ipsis *conchyliis* (quacunque id fiat) ortum suum debere. Atque hoc exinde liquere arbitror, quod sæpissimè in saxo quodam calcario grandiori quingenta invenias *conchitas* ex interiori parte *fluoribus* obductos; cum præterea ne decem fluoris massas in toto Saxo conspexeris. De *Bivalvibus* autem arctissimè clausis & tamen eâdem cum matricis materiâ suffarctis; nihil habeo quod dicam; nisi fortè supponendum halitus & succum lapidificum per conchylii commissuram sese sensim insinuasse. Notatu enim dignum videbatur quòd in aliquammultis ejusmodi *Conchitis* fractis, nucleus, seu materia inclusa, pura semper erat & Sabulo omnino vacua.

Quæst. VIII. *Quædam Hammonis cornu species cùm lamellis nescio quibus Crystallino-testaceis constent: hæ an reverà testaceæ sint, an potiùs è selenite quodam conflatæ?*

Resp. Ad Quæstionem sextam dixi è Conchyliis fossilibus quædam ex fluore, seu materiâ crystallinâ omninò conflari: quare neque mirandum si alia constent è *Selenite* lapide ad Testaceam naturam propiùs accedente. Si quis autem hoc negaverit; eundem Testarum aliquot fossilium lamellas, cum *Selenitæ* lapidis lamellis commistas dignoscere oportebit & segregare.

Quæst. IX. *An Testacea fossilia in statu embrionato unquam deprehenderim? Et an variæ quarundam specierum notentur accretiones?*

Resp. Hisce Quæstionibus nihil ex autopsia respondere possumus. Fieri enim potest in Mineralibus ut quæ nobis jam concreta videantur, reverà ad dissolutionem potiùs appropinquent: & quamvis uniuscujusque propemodum speciei varias accretiones in eodem loco invenerim, respondere possunt qui Cataclysmo universali hæc omnia tribuunt eas accretiones inclusis ante Diluvium animalibus deberi: quandoquidem nunc etiam dierum quolibet anni tempore; in eadem specie varias accretiones ad maris litora inveniantur. Utcunque se res habeat, multifariæ in eadem specie magnitudinis illustre exemplar suppeditat *Ichnographiæ* hujus Tabula II.

Quæst.

Quæſt. X. *An Margaritas, Balanos & Corallia Teſtaceis foſſilibus adnata aliquando invenerim? Et an Conchæ minores majoribus ſubinde ſuccreſcant.*

Reſp. *Margaritam* aliquam foſſilem vel Conchæ adhærentem vel ſolitariam mihi nunquam invenire contigit. *Steno* (quod noſti) in *Etruria* ſemel inventæ meminit; ſed utrùm à ſeipſo aut contemporaneo quodam ſuo, an extra hominum memoriam, non diſtinguit. *Pori, Alcyonii* & *Corallii* aliquot ſpecies in iiſdem cum *Conchyliis* lapicidinis vulgares ſunt; iiſque ſi rectè memini aliquando adhærere ſolent. *Balanos* quod attinet neſcio an ea quam *Quinquevalvulam* diximus *Plagioſtomo* marmoreo adnatam, hiſce annumerari poſſit. *Conchas* majores minoribus & pares paribus adnaſci circa *Iſlepiam* & *Witneiam*, & alicubi variis in locis, vulgatiſſimum.

Quæſt. XI. *Utrum Terreſtrium animalium Oſſa, Cornua, Ungulos, aut Avium roſtra, ungues & plumas ſaxis incluſa aliquando invenerim?*

Reſp. In hoc meo Scrinio duo tantum Foſſilia pro quadrupedum oſſibus ſuſpicor, quorum unum *Chæriſcopodion* (quod oſſiculum quoddam porcelli pedis referat) *Scapulariam* alterum diximus. Avium roſtra, ungues aut pennas prorſus nulla invenimus: at neque Dentes, aut Oſſa Balænarum, Phocænæ aut Vituli marini, quamvis hæc (Phocænam velim & vitulum marinum) animalia ſint in noſtro mari ſatis vulgaria. Cæterum quoniam hac in re noſtrum judicium meritò ſuſpicari poteris; quæcunque jam per duodecim annos inveni Foſſilia effigiata, ea hiſce Scriniis lapidariis quæ curioſis quibuſcunque patent, aſſervantur.

Quæſt. XII. *An verum ſit, quod Plotius, & alii aſſerunt*, Cruſtacea foſſilia rariſſimè ſi unquam apud nos inveniri?

Reſp. Cruſtacea animalia in noſtro Oceano præ Teſtaceis pauca ſunt: advertendum enim ubi Cancrum unum centum ad minimum oſtrea in noſtris Civitatibus quotannis vendi: neque minore copia quam Oſtrea inveniuntur Muſculi, Pectunculi, Patellæ, Balani, Cochleæ fuſcæ Liſteri, & varia Buccina. Nihil ergo eſt quod miremur ſi & Cruſtacea foſſilia Teſtaceis longè ſint pauciora: nec tamen adeò rara ſunt, ut ex hoc pateat Catalogo, quin variis in locis per *Oxonium, Bercheriam, Gloceſtriam*, & *Northamptoniam*, hujus generis Brachiorum inveniantur articuli; imò ut ex dictis colligis, Teſtaceis nonnullis etiam in noſtro Oceano vulga-

vulgatiſſimis, Cruſtacea multò copioſiùs eruuntur. Atque hæc ſumma eſt eorum quæ ex comperto hiſce Tuis Quæſtionibus reſpondenda habui ; ulteriori olim experientiâ edoctus meliora ſcribam. Interim vale (Amice optime, mi D. *T. Robinſon*) & Phyſiologiam Britanniæ uſque promove.

Cereticæ, 15. *die Julii*, *A. Dom.* 1698.

EPISTOLA

EPISTOLA VI.

De Fossilium marinorum & foliorum Mineralium origine.

Ad Præclariſſ. V. D. Joannem Raium.

ROGAS (Vir Inſigniſſime) quid mihi tandem poſt aliquot annorum experientiam de marinorum corporum quæ è ſubterraneis eruimus & mineralium foliorum ortu, conjiciendum videatur. Utrùm ſcilicet Cataclyſmo Noachi tempore univerſali, debeantur; an potiùs in ipsâ terrâ unde eruimus, vi quâdam plaſticâ, eidem inſitâ, hæc omnia prognaſci exiſtimem. Reſpondeo, diuturnam harum rerum contemplationem non aliud nobis quam novam quotidiè admirationis dicam an ſtuporis, occaſionem præbuiſſe; adeò ut heſternis innixam obſervationibus ſententiam hodiernis labefactatam ſæpè fuerim expertus. Nihilominus cum tanta ſit noſtri ſeculi, & ſcientiæ cupido & quidem Inventionum fœlicitas; ſpes nobis quotidiè renovatur hanc maximi momenti quæſtionem non multò diutiùs Phyſicorum diligentiam eluſuram. Inchoatum ergo jamdudum Lithophylacium ſubciſivis horis libenter exaugeo; quandoquidem ex accuratâ harum rerum inſpectione alios varias olim inductiones elicituros ſperem, quas ipſe vel ne per ſomnium quidem cogitaveram,

ram, vel leviter ſaltem fueram ſuſpicatus. Intereà autem temporis, quoniam Veritati citiùs detegendæ inſervit, ut, quæcunque vel minimam veriſimilitudinis ſpeciem præ ſe ferant amicorum arbitrio ſubjiciantur; unam hac occaſione harum rerum originem, quæ neſcio an cuiquam alteri in mentem venerit, jam tibi proponere decrevi. Ne autem recepta à Prioribus Dogmata gratis rejeciſſe videar; dubitationes primò aliquot, quæ quo minùs in utramvis ſententiam tranſeamus vetant, in medium liceat proferre. Utque ab eâ quæ hæc corpora Diluvio accepta refert incipiamus: Rationum contrà militantium præcipuas hîc paucis accipito. Cæterùm cùm neceſſe ſit antequam novum aliquod dogma protrudatur, contra dudum recepta objectiones edere; hic ſcrupulos aliquot deſignare liceat, qui quò minùs in utramvis opinionem tranſeamus, obſtant. Ut ergo ab eâ quæ hæc omnia ad Diluvium refert incipiam; rationes quòd minùs placeat variæ ſunt, è quibus impræſentiarum has pauculas (ne Tuâ nimiùm abutar patientiâ) in medium proferre volui.

I. Si has maris quiſquilias inundatio aliqua in *Aridam* appuliſſet, in ſummo terræ corio ut plurimùm fuiſſent relictæ: at nos in clivis quibuſdam maritimis à terræ continuò ſummitate ad infra fundi marini planum, per altitudinem 100, vel etiam 200 orgyiarum in ſaxo ſolidiſſimo conditas invenimus. Neque id tantum ad exteriorem rupium ſuperficiem; verùm etiam plus minùs per integram earundem maſſam videre eſt: Atque hoc ex variis Scopulis ad calcem conficiendam ſciſſis, aliiſque fortuitò collapſis, conſtat; præſertim ad Caldeiam Inſulam, & alibi juxta Tenbighiam Penbrochienſium, multiſque aliis per Cambriam rupibus, ſaxo calcario conſtantibus. Jam ut daremus has rupes Diluvii tempore non aliud quam argillam terramve extitiſſe, teſtaceaque proinde aliaque maris ſpolia eandem aliquouſque penetrâſſe; pòſt etiam hanc argillam induratam in ſaxum calcarium concreviſſe: his omnibus inquam conceſſis, nullatenus percipio quo impellente ad quadrantem milliaris altitudinem intra dictam argillam adacta forent. Si hæc quidem conchylia unam continuam maſſam, adeo ut alia aliis inniterentur, conſtituiſſent, aliquid forſan poſſet reponi: at longè aliter ſe res habet: ſparſim etenim in ſaxo nullo ordine ſervato, aliàs trium pedum, duorum aliàs; aliàs unius unciæ intervallo reperiun-

tur; quandoque duo tria plurave conſpexeris ſibi invicem arctè conjuncta.

II. Speluncarum parietibus non rarò adhærent hujuſmodi Marino-terreſtria; imò aliquando è ſummis earum cameris pendere viſa: ad laquearium enim Maridunenſis cujuſd. antri *Lhygad Lhychwr* dicti, quod caſtro *Kerig-Kennen* non longè abeſt, varias ſtellarum vertebras colligere licuit; & ad parietes ſpecûs celeberrimi *Porth-Gogov*, qui ad vallem *Yſtrad-Velhte* apud Breconienſes eſt, conchitarum præterfluente aqua detritarum reliquias non paucas inveſtigavimus. Jam antra quæcunque (nobis hoc loco conſideranda) vel ante Diluvium Noachi extitêre, vel eidem ſuam debent originem: ſi ante Diluvium extabant. Inundatio quidem maris ſpolia, iiſdem injicere poterat, ſed non politiſſimis parietibus affigere. Sin autem à Diluvio ortum deduxêre; iſte impetus qui terram excavavit, ejuſmodi leviuſcula fovearum parietibus adhærere, non pateretur.

III. Tertia cauſa quo minùs Diluvio hæc deberi exiſtimem, in eo præcipuè conſtat, quòd rarò admodum, ſi unquam, animalium terreſtrium oſſa ſaxis incluſa reperiantur: cùm tamen ea non minùs quàm piſcium expectare debuiſſemus, modò iſtæc Inundatio univerſalis ſaxis credidiſſet.

IV. Teſtaceorum foſſilium non pauca, materiâ ex toto conſtant cryſtallinâ, adeo ut *continens* à re contentâ nullatenus dignoſci poſſit: quod & ipſe *Steno* fatetur, & ex hoc noſtro evinci poſſit, Lithophylacio. Iſtud autem quo pacto marinis accidere poſſit, ſine ullâ formæ exterioris jacturâ, explicatu nimis nobis difficile eſt. Ichthyodontium haud diſſimilis eſt ratio. Hi enim non eâdem ſemper conflantur materiâ; ut ex variis etiam patet in ſcrinio noſtro exemplaribus.

V. Pholas iſta amygdaloides in hoc ſcrinio ad numerum 877. locata invenitur plerumque lamellato quodam lapideo involucro, ſingularis figuræ obducta. Hoc verò ejuſmodi ſtructuræ involucrum, omnia ferè exemplaria è mari in terram volutando, nunquam adquirerent. Quòd ſi dixeris in mari dum viverent ita obvoluta fuiſſe; reſpondeo me nullas pholades obſervâſſe quæ perpetuo in ejuſdem figuræ lapide hoſpitentur: neque unquam quidem vixiſſe veriſimile eſt, carcere nullis foraminulis pervio, tam arctè incluſa animalcula: quippe cùm valvulas ullatenus aperire ſit

ſit planè impoſſibile. Verùm ſuper hac re nihil eſt quod magnopere litigarem: Si quis enim in mari hæc primitùs in medio lapide prognata dixerit, præcipua Hypotheſeos noſtræ (jamjam dicendæ) impedimenta ultrò amovebit.

VI. Foſſilia teſtacea, ſi à Cataclyſmo ortum deduxiſſent; omnia quæ ſibi invicem adhærent; imò & quæ ex iiſdem locis eruuntur, eandem materiæ jacturam neceſſariò paterentur: Verum agnoſcit Clariſſ. *Steno* ſe Teſtacea foſſilia cryſtallinæ conchæ adhærentia inveniſſe *, atque ipſemet quædam exemplaria cryſtallina, aliaque ejuſdem ſpeciei teſtacea, in eadem lapicidinâ; imò eodem ſtrato, ſæpiſſimè collegi.

* *Prod. p. Edit. Angl.*

VII. Infinita marinorum terreſtrium copia Diluvianæ origini nullatenus favere videtur: millena enim aliquot majorum ſaxorum, imò rupium fruſtula, per Cambriam & Angliam ſeptentrionalem videre licet è fractis *Stellarum* radiis (*Entrochos* vulgò vocant) ex toto ferè compoſita; cum tamen ad noſtra litora tres ruptos ejuſmodi animalium radios ſibi vicinos rariùs conſpexeris. Duos cujuſvis piſcis dentes mandibulâ excuſſos in eodem loco nunquam ad maris litora invenire potui, cum tamen in exiguo Sabuleto Faringdonenſi mille ad minimùm collectos viderim; neque tamen minori copiâ ibidem hodie occurrunt. Conchyliorum inſuper quorundam non diverſa eſt ratio.

VIII. Hujuſmodi foſſilium quædam non aliud ſunt quam marinorum corporum quaſi umbracula aut ludibria; neque plus habent corporum quæ referunt materiæ, quàm habet humana pictura hominis quem repræſentat. Atque ex hoc genere ſunt Pectinites membranaceus, &c. è puteis carbonariis apud Liſterum †, *Bugloſſa curta ſtrigoſa noſtras* *, & Ichthyomorphi lapides *Iſlebiani*; de quibus ſic Doctiſſ. *Olaus Wormius. Saxum fiſſile Iſlebianum cui aliquando Pyritis aurei micæ adhærent, quæ varias animalium effigies exprimunt: Mihi fruſtum eſt haud mediocre quod Barbi piſcis lineamenta ſingula tam exactè aureo colore exprimit, ut ſquammas ſingulas, pinnas, caudam, caput, barbam, meliùs ars nulla exprimeret. Non integra piſcium corpora in æs converſa apparent, ſed exteriora ſaltem eorum lineamenta: Carnis, oſſium, internorumque nulla veſtigia. Cogimur ergo fateri, naturam polydædalam multa ſinu ſuo fovere, quorum rationem nemo unquam inveſtigabit.* Jam iſtæc ut

† *Tract. de animal. Angl. App. & Conch. Anat. p.* 11.

* *Ep.* I.

animalia, aut animalium exuviæ non ſunt: ita neque eorum impreſſiones aut veſtigia eſſe poſſunt: Prominens enim ſuperficies eſt, & non impreſſa.

IX. Unum tantùm adpono argumentum cui, licet id multi jamdudum objecerint; nondum tamen Diluviani Lithologi reſpondere dignati ſunt: hujuſmodi nempè teſtacea interdum in animalium viſceribus generari. Conchylia enim cum aliis marinis in terrâ naſci non majus videtur miraculum quam eadem in animalibus concreſcere. Et quod ſubinde in animalibus reperiantur, ex Authoribus tam antiquis quam recentioribus; omni exceptione majoribus, abunde conſtat, quorum, plura (ut noſti) adfert teſtimonia ad ſecundam partem conchyliorum Anatomiæ, Doctiſſ. *Liſterus*. Ex hiſce *Turbinulum* à D. *Pierce* Bathonienſi medico inventum, & Societati Philoſophicæ Oxonienſi ſtatim tranſmiſſum, vidi; taliſque erat qualem nemo niſi de loco nativo præmonitus, in ipſo mari natum dubitaret. Atque hæc ſunt quæ contra præfatam de *Marinorum Foſſilium* ortu ſententiam objicienda habui: hoc enim titulo, quacunque demum gaudeant origine, quo melius à reliquis dignoſcantur foſſilibus, eadem inſigniri oportuit: quemadmodum & *Folia* è terræ viſceribus eruta, ut ab his quæ in ejuſdem ſuperficie pullulant, diſcriminentur; *Mineralia* appellare conſuevimus. Jam autem ut ad hæc tranſeamus; conſimiles ſunt eorum rationes atque Aquatilium.

I. Primò enim major pars hujus generis foliorum, rarò citra triginta pedum altitudinem effodiuntur. Jam Diluvium univerſale quo pacto hæc folia tam altè ſub ſaxis, aliiſque Mineralibus condiderit, explicatu admodum difficile eſt. Cum enim foliorum natura ſit in ſummâ aqua natare, in ſuperficie terræ omnia Vegetabilia à Diluvio depoſita proindeque poſt Diluvium ſtatim abſumpta fuiſſe credibile eſt.

II. Si hæc folia Diluvii quiſquiliæ forent, eâdem copiâ inter alia quæcunque Mineralia, ac in ferrifodinis, & puteis carbonariis invenirentur, cùm tamen alibi nuſquam ferè appareant. Et quidem hæc objectio eouſque valebit, donec qui contrariam opinionem tuentur, ad eadem conſervanda, pleraque mineralia minùs idonea probaverint.

III. Si Diluvio univerſali deberentur, nativas noſtræ Inſulæ ſtirpes aliis frequentiores erueremus: cùm è contrario

trario ſecundum obſervationes D. *Richardſon* & noſtras, pleraque hæc folia mineralia, ab iis quæ Plantarum Britanicarum ſunt, multùm abluderint.

IV. Si à Diluvio opprimerentur, in Subterraneis quædam uniuſcujuſque claſſis folia deliteſcerent; præſertim arborum; cum hæc non tantùm maximè numeroſa ſint; ſed & valdè exucca, & durabilia. At nondum compertum eſt foliorum mineralium ulla, arborum, aut fruticum foliis reſpondere: neque quidem aliarum quàm trium aut quatuor claſſium, certò ſcimus hactenus inveniri.

V. Obſervavit laudatus D. *Richardſon* folia hæc Mineralia, multò plerumque minora eſſe iis quæ referre videantur; atque huic ſuæ Obſervationi, ipſe meum calculum adjicio.

VI. Etiamſi nonnunquam mera folia flexibilia, inter hæc mineralia occurrant, eorum tamen pleraque (quod ſuprà de marinis etiam foſſilibus aliquot notatum) lineamenta tantum ſunt, ſeu quædam quaſi umbracula: neque à foliorum impreſſione has ſuas figuras mutuari poſſent ob rationes ibidem allatas.

VII. Non magis mirabile videatur; Naturam in viſceribus terræ folia conficere; quàm culices interdum apud Pruſſos in ſuccino foſſili, * & araneos apud nos in Schiſto carbonariâ † exhibere. Quod ſi aliquis dixerit hæc vera animalcula olim extitiſſe; exponat oportet quibus mediis terram ad tantam altitudinem penetraverint, & poſtea quomodo in hæc Succina & lapides ſeſe inſinuarunt. Alii Scrupuli occurrunt non pauci; at levioris forſan momenti; donec vero hiſce jam recenſitis eatur obviam, reliquos lubens prætereo.

* *Jo. Jac. Hartmanni Succin. Pruſſ. Hiſt. p.* 85.
† *Vid. Ep.* III.

Alteram opinionem quod attinet: in terræ nempe viſceribus hæc omnia formari: non aliâ anguſtiâ laborare videtur, quàm quòd hujuſmodi geneſeos, nullæ probabiles cauſæ aut modi hucuſque poſſint aſſignari. Si quis enim (cum Plotio) ad Salium vim Plaſticam confugiat * non video (ut de aliis taceam) quid tuæ objectioni jamdudum propoſitæ reſpondeat. † Nam quis ſanæ mentis crediderit, quævis ſalia ita ſemper conſpirare, ut quædam mucronem Gloſſopetræ v. g. alia radicem cum mandibulæ quandoque fragmento; quædam ſiliquaſtri convexum, & expolitum latus, alia ejuſdem appendicem; nonnulla Belemnitæ *calicem*, alia *Alveolum* * tam affabre effingant? Accipe igitur (Vir amiciſſime) quæ nobis nuperis annis de horum foſſilium cauſa, origine, & uſu hariolari contigit.

* *Hiſt. Nat. Oxon.*
† *Tract. Phyſico-Theolog. p.* 141.

* *V. hujus Catalog.* CLASS. *ult.*

Hoc

Hoc ut paucis expediam : dico ſuſpicari me, qui ex mari feruntur vapores, & formâ pluviæ aut nebularum ſuperiora terræ ſtrata ad requiſitam altitudinem pervadunt; teſtaceorum, & multorum piſcium ſeminio ſæpiùs imprægnari ; atque exinde prò datâ ſeminii portione, & pro matricis congruentia; formari aliàs piſces integros, aliàs eorum tantùm lineamenta; aliàs dentes, mandibulas, vertebras aut alia oſſicula; atque inter cruſtacea, nunc integra animalia; quandoque eorum articulos; inter Teſtacea nonnunquam Univalvia, & ſæpiùs Bivalvia. Idem quoque imaginabar de origine foliorum mineralium : notandum enim, ea ut plurimum folia eſſe *Dorſi ferarum*, muſcorum, aliarúmque plantarum quas minùs perfectas vocare ſolemus ; quarum ſemina cum adeò ſint minuta, ut niſi microſcopio utamur, viſum fugiant ; tantò facilius aquâ abſorpta, in terræ penetralia devehuntur : & quod reliqua quæcunque omnia ſpectat, apud me nondum certò conſtat, ad quas ſtirpium claſſes referri debeant. Jam ipſe non ſum neſcius multis objectionibus hanc hypotheſin patere : at proculdubio ipſe plures nodos ſtatim deprehenderis quàm penes me erit ſolvere. Nihilominùs quæ me huc duxêre argumenta, jam paucis ſubjungam.

I. Quoniam advertere licuit rariſſimè alias extraneorum imagines è terrâ erutas præterquam eorum quorum ſemina libero aeri aut aquæ exponuntur, *Plantarum* nimirum, *Inſectorum*, & *Aquatilium* : cum ut ſupra innuebam, ſi Diluvio univerſali ortum debuiſſent, jure merito copiam ſceletorum, cornuum & Ungulorum animalium terreſtrium expectaremus : imò quid ni aves integras earúmque partes iiſdem modis quibus plantarum folia, terrâ obrutas conſpicere daretur ? Quamobrem ſaltem earum pennas eâdem cum hiſce frondibus integritate in huncuſque diem conſervatas non videmus ? Non me latet, authores quoſdam eoſdémque doctiſſimos, & de Hiſtoriâ Naturali optimè meritos, ſcripſiſſe inter mineralia inveniri plurimum animalium terreſtrium oſſa ſaxis undique incluſa, eorúmque uti & avium imagines ; integros præterea homines eorúmque partes : imo *Eremitas*, *Monachos*, *Virginem Deiparam*, *& Papas barbatos triplici coronâ inſignitos* in mediis ſaxis delineari. Hiſce (quod eorum pace fiat) reſpondeo. 1. Quaſdam ejuſmodi Narrationes manifeſtò fallaces eſſe : dicunt enim haſce figuras in expolito marmore comparere ; cùm marmor quodvis adeò expolire ut icones in eo à Naturâ

Naturâ pictæ, inviolatæ maneant, ſit prorsùs impoſſibile. 2. Circa marina foſſilia ſæpiſſimè hallucinamur, ea Quadrupedibus tribuentes, quæ reverà ad Teſtacea, aut alia marina referri debeant: atque hujus erroris exempla ſuppeditant Plotii *Hippocephaloides*, *Otites*, *Bucardites* & alia non pauca. 3. Ut concedam nonnunquam viviparorum animalium oſſa, cornua, & Ungulos è terræ latebris erui: ea tamen cùm adeò pauciſſima ſint; potiùs aliis caſibus quam Diluvio Univerſali obrui veriſimile eſt. Diluvio enim omnia quæcunque periere; & non tam ſingularia oſſa quam integra cadavera ab eo ſepulta expectaremus. Quòd ſi quis idoneus Author in medio ſaxo exquiſitam animalis cujuſdam vivipari aut avis iconem (hoc eſt, Lineamenta aut picturam quales Iſlebiani lapides piſcium exhibent) invenerit, hanc meam conjecturam protinus miſſam facio.

II. Apud me liquidò conſtat (aliique proculdubio viſo hoc meo Lithophylacio idem agnoſcent,) hæc corpora tractu temporis planè aliorum quorundam lapidum facies induere; adeò ut tandem pro marinis foſſilibus nullatenus dignoſci poſſit. Hæc dico apud me conſtare, cui varia foſſilia colligere licuit; planè cryſtallina, quorum ſuperficies partim ſolummodo *Entrochos*, *Conchas*, &c. referebant; *Gloſſopetras* & *Siliquaſtra* cum eorum radicibus, è ſiliceâ quâdam calculorum materiâ conflatos, quoad figuram degenerantes; & *Ichthyoſpondylos* aliàs magìs, aliàs minùs informes, Aſtroitarum ſtellulis inſignitos. Jam ſi quædam tractu temporis formam ſuam, & materiam amittunt in alia corpora degenerantia, nonne meritò ſuſpicari liceat alia interim denuò effingi?

III. Si hanc Hypotheſin admiſeris Nautilorum foſſilium, aliorumque exoticorum conchyliorum rationes reddi poſſunt; dum ſupponamus, primò, quod plures vapores qui apud nos pluviæ & nebularum formâ deſcendunt in longè hinc diſſitis regionibus exhalari. 2. Quod hujuſmodi Generatio quàm communis, monſtroſis partubus longè obnoxior ſit. Ut enim appoſitè ad hanc rem Geo. Agricola: *Quanto Terra eſt craſſior quàm aqua; tantò imperfectiores gignit formas & quæ animalibus careant.*

IV. In eâdem Lapicidinâ non rarò 20 ad minimum, aut triginta ejuſdem ſpeciei magnitudines colligere licuit; undè ea vegetabilem quandam accretionem, & propterea in ipsâ Terrâ undè eruuntur generationem,

&

& corruptelam habere exorta eſt ſuſpicio. Atque hinc evenire quod adeò monſtroſæ magnitudinis Gloſſopetras, Lapides Judaicos, Aſtropodia, & Nautilos ſive Hammonis cornua quotidiè offendamus.

V. Ut quàm paucis expediam: Mineralium foliorum tam altam ſepulturam; immenſam *marinorum foſſilium* copiam; eorundem in noſtrâ Inſula incredibilem varietatem; diſtortas minúſque æquales ſæpiſſimè figuras: poſitionem ad omnes (perpendiculi ratione) à ſummis rupibus ad earundem radices, altitudines; ſpeluncarum & rupium crepidinum perpendicularium parietibus, adhæſionem; eorundem denique aliquando in animalium Viſceribus præſentiam juxta Hypotheſin Diluvianam inexplicabilia dixerim; quod ſi hanc admiſeris non admodum difficilia. At verò antequam concedatur, plures erunt proculdubio Tuæ, & aliorum objectiones, quàm ipſe prævidere poſſum. Quæ mihimet intereà majoris licèt momenti occurrunt, quantumvis etiam minùs oppugnatæ ſint, intrepide proponam. Nam qui aliud quam veritatem non proſequuntur, ab opinionum ſuarum honore nihil habent quod metuant: & quod ad me attinet; Hypotheſes (Tuo ductus exemplo) eò minùs colui, quò magis Hiſtoriam Naturalem ſemper amavi. Præcipua autem hæc ſunt quæ mihi occurrunt impedimenta.

1. *Quæri poteſt an datum ſeminium lapidum poros penetrare poſſit?*

2. *Hæc corpora vitæ expertia, & loco præternaturali incluſa, augere vix credibile videbitur.*

3. *Duriſſima ſaxa eorum incremento cedere, non eſt veriſimile.*

4. *Juxta hanc Hypotheſin hæc corpora, indiſcriminatim ſupra univerſam Terræ faciem occurrerent, in omnibus quibuſcunque ſaxis & mineralibus.*

5. *Data hâc Hypotheſi, non acervos eorum ſibi invicem adhærentium, ſicut in mari evenire ſolet, inveniremus.*

6. *Secundum eandem, quædam conchylia adeò minuta effoderentur, ut ægre videri poſſint; aliaque ejuſdem ſpeciei juſtâ magnitudine.*

7. *Subtilis eſt Quæſtio utrùm ſeminii cujuſlibet piſcis particulæ ſic disjunctæ finem ad quem deſtinantur, conſequi poſſent; præcipuè in alio elemento collocatæ.*

8. *In*

8. *In ſuperficie foſſilium aliquot conchyliorum, amiſſarum Teſtarum veſtigia, aliiſque margaritæ adhuc inhærentes; indicio ſunt eadem in mari aliquando vixiſſe. Porrò dentium quorundam foſſilium, (plectronitarum nominatim) variantes ad radices colores; monſtrant quouſque in maxillis viventium piſcium ſemel extiterint: aliorumque attritæ extremitates, fatentur aliquando, uſui ſe inſerviiſſe.*

9. *Varii Ichthyodontes; nominatim Gloſſopetræ quæcunque omnes pro Viviparorum dentibus habentur; quo conceſſo impoſſibile eſt è principiis ſeminariis vaporibus exhauſtis, ſuam ducant originem.*

10. *Talis denique productio præter ordinarium Naturæ curſum eſt; neque patet* finis, uſus *aut* concilium *ejuſmodi generationis præternaturalis.*

Ad primum reſpondeo Animalium ſeminium lapides penetrare poſſe, vulgari conſtare experientiâ; præ quâ parùm valent fallacia philoſophorum placita. Hoc autem patet cùm mari, tùm terrâ, ex Bufonibus hic, & Dactylis illic, mediis ſaxis inventis. Si dixeris Dactylos *foramina* ſatis ampla ſortiri per quæ ſeminium inſinuetur, reſpondeo non ſemper ſic ſe rem habere: Horum enim animalium haud ſemel conchylia inveni, marinis ſaxis adeò arctè incarcerata, ut nulli meatus viſibiles extarent.

Ad ſecundum; quòd hoc non magis mirari debeamus; quàm conchylia naſci, & creſcere in viſceribus animalium; & minoris cujuſdam conchæ ſpeciem in Oſtreorum Tenbighienſium mediis teſtis ſolidè incluſam. Horum autem varia exemplaria nobis primùm oſtendit, ſagaciſſimus ille Cimeliorum Naturæ Indagator D. G. *Cole*, Briſtolienſis; & ipſe nuper ad Tenbighiam, copiosè inveni.

Tertio ex autopſiâ quoque reſpondetur: Conchylia enim marina; imò & duriſſima ſaxa ſtirpium radicibus cedere tibi ſatis notum. Calcarium etiam ſaxum Dactylis locum dare quotidiè videmus; alia enim aliis minora ſunt foramina: & omnia in quibus deliteſcunt hæc animalia, ab eorum incremento primùm formari, certiſſimum.

Ad quartam reſpondeo hanc Hypotheſin non exigere ut omnibus locis indiſcriminatim, hæc marina generentur. Advertendum enim quod ſicut Vegetabilia *non omnis fert omnia Tellus*, ita neque omne genus foſſilia apta nata

ſunt ad hæc animalium ſemina recipienda, fovenda, &c. Et quidem iſtud non potui non notare: quòd ſicut in Terrâ pauciſſimi lapides in hiſce regionibus, præter ſaxum calcarium Teſtacea exhibeant, ità in mari non alio quàm calcario Dactylos hucuſque invenerim; atqui in eo ſæpiſſime, & in variis Cambriæ regionibus.

Quod ad quintum: Quouſque hæc marino-terrigena antequam diſſolvantur duraverint, nullatenus dijudico. Verùm in quibuſdam locis præ aliis pro foſſilium in quibus deliteſcunt conditione, longè diutiùs manſiſſe non eſt quod dubitemus; neque proinde quod miremur, in hiſce locis quàm alibi multò copioſiùs effodi.

Ad ſextum, dico quod ad fodinam Baſiſlegianam juxta Oxonium, *Turbinites* major læviuſculè ſtriatus non rarò occurrit, ad juſtam magnitudinem provectus; & quidem acervi ejuſdem ſpeciei minutiſſimorum exemplarium. Plura etiam hujus generis exempla noſtra exhibent ſcrinia. Quin & Clariſſ. *Steno*, teſtatur inter foſſilia ſe minutiſſima Conchyliorum ova obſervâſſe, & tenella conchylia perexigua abſque Microſcopio, vix diſcernenda.

Septimo Monſtrorum Hiſtoriæ abundè ſatisfacient.

8. Quoad amiſſorum veſtigia conchyliis foſſilibus impreſſa; ea vel caſu aliquo foſſoribus divulſa forſan fuêre; vel minùs perfectè primitùs formata. Verùm quod ad variantem, ad radices Plectronitarum colorem, & mucronum ſubinde attritionem ſpectat; fateor me nihil habere quod reſpondeam, niſi quòd nondum conſtat quorum ſint piſcium dentes quos Plectronitas dicimus: & proindè neque certò nos ſcire quin dentes iſti à naturâ ſint verſicolores, & ad mucrones quoque ab initio acuminati.

Ad nonum reſpondeo nondum ſatis exploratam eſſe Cartilagineorum generationem. Tu enim quoſdam Cartilagineos viviparos eſſe expertus es; at ipſe alios eſſe Oviparos: nam in Ovo cujuſdam canis excluſo, ad alteram extremitatem aperto, tenellum Embryonem inveni.

Quod ad ultimum: agnoſco verum eſſe, *naturam nihil fruſtra moliri*; at non minùs certum eſt, nos eſſe finalium cauſarum minùs idoneos judices. Quis ergo certò noverit, quin hiſce marinis foſſilibus, Terræ magnâ ex parte fæcunditas debeatur? Hoc ſaltem conſtat; in omnibus Cambriæ centuriis fertilioribus marina hæc foſſilia

ſilia copiosè erui: in ſterilioribus rariſſimè inveniri. Præterea non certo conſtat quin multa mineralia hinc ſuam ducant originem: ut nihil dicam de hujuſmodi lapidum uſu medico; qui in nonnullis ut v. g. lapide Judaicō, Conchitis aliquot, lapide Lyncurio, &c. jamdudum innotuit: & poſthac in aliis innoteſcere poterit. Atque hæc ſunt (Vir celeberrime) quæ ſuper *marinorum foſſilium* & Foliorum mineralium ortum Tuo viſum eſt arbitrio ſiſtere. Quam frivola ea ſint, aut quàm probabilia, ipſe judica: & (prout mereri videantur) vel damna, vel patrocinare. Perinde enim nobis eſt, dummodo erudito orbi exoptatiſſima, quoquo modo tandem eluceſcat veritas.

Cataractæ apud Radnorienſes
Julii 29. Ann. 1698.

INDEX.

A.

Acanthiodes, Num. 1417. Tab. XV.
Aculeus, 1049. T. XII. 1052, 1060, 1069.
Acutella, 1416.
Adrace Plotii, 74.
Alcyonium, 98. T. III.
Alveatula, 1541. T. XVIII. 1546, 1551.
Alveolus, 1737. T. XXI. 1740, 1744, 1746.
Anellus, 1650.
Anſula, 1247.
Anthracion, 1564.
Aparinæ denſius foliatæ æmulum Lithophyton radioſum, 201. T. V.
Appendicula, 1195. T. XII. 1196, 1197.
Arenoſula, 1581.
Argus, 1574.
Arquatula, 1500. T. XVI.
Articuli Brachii Cancrini, 1239.
Articuli cornu Hammonis Ham. 304.
Aſſula, 1094.
Aſtacopodium, 1236. T. XIV. 123.
Aſteria, 1168. T. XIII. 1170, 1181, 1194. T. XXII. 1, 3, 5, 6, 7, Epiſt. 2. Epiſt. 4.
Aſtroites, 161. T. III. 167.
Aſtropodium, 1106. T. XII. 1131, 1132. T. XIII. 1106, 1109, 1112, 1113, 1129. T. XIV. 1132. *b. c. d. e. f.*
Aſtrorrhiza, 1161.
Auricularia Plotii, 514.

B.

Balænoſteon, 1595. T. XVIII.
Bacillus, 1591.
Belemnites, 1666. T. XXI. 1672, 1675. Epiſt. 4.
Bidentula, 1088. T. XII.
Biſulcula, 1590.
Branchiale, 114.
Brontia, 957.
Bucardites, 646.
Buccinites, 332.
Buccino-Cochlea, 331.
Bufonitæ compar, ſeu Capſula inferior, 1413.
Bufo in Saxis, Epiſt. 3.
Bufonites, 1359. T. XVI. 1382, 1395, 1399, 1414, 1415.
Bugloſſa, Epiſt. 1.

C.

Calopodium, 1313. T. XV.
Capſularia, 866.
Carcinopodium, 1239. T. XIV. 1252.
Carinula, 1239. T. XV.
Cartilago, 1519. T. XVIII.
Ceration, 112.
Chamites, 768. T. VIII.
Chæriſcopodion, 1665.
Circinata, 740. T. X. 741.
Cochlea Turbinata, 419.

Cochlites,

Cochlites, 320. T. VII. 322.
Cochlites cylindroides, 417.. T. VI. 420.
Columellus, 119. T. II. 134. T. III. 121.
Columnetta Plotii, 108.
Conchites, Epist. 3.
Corallina fossilis, 111.
Corallium fossile, 91. T. III. 92, 99.
Cornu Hammonis Nautilites, 236. T. VI. 263, 291, 296. T. VII. 259, 278. T. VIII. 337, 397.
Corticularia, 1512.
Coruscatula, 203.
Cratlculum, 1578.
Crenatula, 907. T. XI.
Criorcites, 767.
Crystallus, 1. T. I. 1, 6.
Curvirostra, 700. T. VIII. 708. T. IX. 707, 714, 716, 720.
Cultellaria, 1513. T. XVI.
Cylindrites, 1166.
Cylindrus, 1662.

D.

Dactylus Idæus Dentalis, 1226.
Dente di serpe *Melitensium*, 1588.
Digitabulum, 1757.
Dorsuale, 1256. T. XIV.

E.

Echinites, 910. T. XII. 910, 915, 940, 922, 942, 951, 957, 964. T. XIII. 971, 979.
Echinodos, 1078. T. XII.
Elaphoceration, 1562.
Encrinos Agricolæ, Ep. 2.
Encrinos Lachmundi, 1106. Ep. 2.
Entrochus, 1133. T. XIII. 1141, 1153. T. XXII. 4. Epist. 2. Epist. 3.
Ephippiaria, 1309. T. XV. 1309, 1310.
Epiphylloſperma mineralis phyllitidis folio, 180.

F.

Falcatula, 1317.
Fario, 1570. T. XVI. 1572.
Fasciatula, 1199. T. XII.
Fasciculus, 104. T. II.
Figlinum, 1579.
Filix fœmina mineralis, 181.
Filix mineralis mari non ramoso similis, 184. a T. V.
Fluor, 22. T. I. 26, 29, 34.
Forficula, 1246. T. XIV. 1246, 1254, 1255.
Forulago, 1760.
Fungites, 157.

G.

Galeatula, 1759.
Glandellaria, 1353. T. XV.
Glomellaria, 109.
Glossopetra, 1257. T. XV. 1259, &c.
Gracirrhynchus, 1260. Tab. XV.
Gryphites, 473.

H.

Hæretula, 501. T. IX. 504.
Haloteſſera, 21.
Hamellus, 629. T. IX.
Hippocephaloides Plotii, 709.

I.

Ichthyospermation, 22.
Ichthyospondylus, T. XVIII. 1611, 1628, 1656. T. XIX. 1605, &c. T. XX. 1607, &c. T. XXI. 1627, 1620.
Infundibulum, 1754. T. XXI.
Insecta in schisto. Epist. 3.
Iris, 13. T. I. 15.

L.

Lamnium, 1599.
Lapis Bufonis Boetii, 1362.
Lapis Judaicus, 998.
Lapis Lyncurius, 1707.
Lapides varii : Epist. prima ad Rivinum, *Epist. 2. Epist. 3.*

Latrunculus, 1612.
Lepidotes Plotii, 208.
Lignum foſſ. ſtupoſum, 232.
Ligonella, 1582.
Limaculum, 1503. T. XVI. 1503, 1504.
Liſtronites, 550.
Lithogloſſum, 210.
Lithophyta, Epiſtol. 3.
Lithopteris fœm. 186. T. IV.
Lithoſmunda, 188. T. IV. 188, 189.
Lithotrichomanes, 197, 198. T. IV.
Lithoxylon, 211. T. V.
Locularia, 1525. T. XVI.
Lucernaria, 1435.

M.

Madreporæ Imperati ſimilis, 103.
Malleatula, 204.
Mandibulæ foſſilis fragmenta, 1368. T. XVI. 1409.
Maxillaria, 1584.
Millepora, 160. T. II.
Modiolus, 1132. *g.* T. XIV. 1132. *g. h. i. l.*
Multifora, 1600.
Murex Veneris, 426.
Muſculites, 771.
Muſtricula, 1105.
Mytiloides, 884. T. X. 884, 896.
Mytilo-pectunculites, 900.

N.

Nautilites, 236. T. VI. 271, *&c.* T. VII. 259, 278. T. VIII. 297, 337, 236.
Nerita foſſilis, ſeu Neritides, 311. T. VI. 313.
Neurophyllon, 184. *b.* T. V.
Numulus, 1763.

O.

Occhio di ſerpe *Melitenſium*, 1359.
Ocreatula, 1167.
Ombria, 958.
Operculum, 427.
Ophiodontium, 1588.
Orbiculus, 1102.
Orbita, 1761.
Ornithogloſſum, 1266.
Oſtracion, 1433.
Oſtracites, 439. T. XI.
Oſtreum foſſile, 438.
Ovum Serpentinum Melitenſium, 1586

P.

Patellaria, ſeu patella foſſ. 436. T. VIII.
Paxillum, 1556. T. XVII.
Pectinites, 562. T. IX. 628.
Pectunculites, 626.
Pedica, 1632.
Peltarion, 1552.
Pertuſilla tetragona, 1235. T. XII.
Pholas, 557, T. X. 877, 878.
Phyllitis mineralis, 190. T. V.
Pietra di roſpo *Imperati*, 1362.
Pinna, 559.
Pinacion, 1531. T. XVII.
Pinnularia, 1596. T. XVII.
Piſolithus glandularis, 1097.
Piſtillarium, 1198. T. XII.
Plagioſtomus, 637.
Plantæ Minerales, Epiſt. 3. Epiſt. 5.
Platyrrhynchus, 1610. T. XIX.
Plectronites, 1318. T. XV. 1344. T. XVI. 1318, 1321, 1328, 1329, 1333.
Polyginglyma ſerrata, 560.
Polypodium minerale, 182.
Porpites Plotii, 141. T. III. 151.
Portellaria, 1481.
Porus foſſilis, 94. T. III.
Porus ligneus, 165.
Prunellarium, 233. T. III. 233, 234, 235.
Pſeudocorallium, 102.
Pſeudoſluor, 40, 53, *&c.*
Punctularia, 1482, 1507, *&c.*
Putaminula, 1160. T. XIII.

Quadrellæ

Q.

Quadrella, 908. T. XI.
Quæstiones variæ circa Marina fossilia, & stirpes Minerales, Epist. 5.
Quinque-valvula, 909.

R.

Radiatula, 158. T. II.
Radiolus, 998. T. XII. 1002, 1008, 1031, 1041, 1045.
Radius, 1505. T. XIV. 1505, 1506.
Radularia, 1176. T. II. 176.
Rhombiscus, 1421.
Ricinus, 1493. T. XVI. 1497.
Rostrago, 1318. T. XV. 1320.
Rubeola mineralis, 202. T. V.
Rugatula, 739.
Rugosula, 723.
Rutellum, 1352. T. XVI.

S.

Sacculus, 870. T. X. 871, 873.
Salinarium, 1627.
Saponella, 1587.
Scalpellus, 1437, 1356.
Scaphula, 1095. T. XII.
Scapularia, 1529.
Scopula, 1594. T. XVII.
Scutulum, 1598. T. XVIII.
Selenites, 75. T. I. 82, 83, 84.
Serratulum falcatum, 538.
Serrella, 1275. T. XV. 1276, 1277.
Serrula, 1246. T. XIV.
Sessibulum, 1554.
Siliquastrum, 1440. T. XVI. 1445, 1448, 1449.
Silo, 1476.
Siphunculus, 1201. T. XIV.
Solearia, 1526. T. XVII. T. XVIII. 1528.
Solenites, 898.
Stalagmites, 39, 42, *&c.* T. I. 50. T. II. 48, 56, 64.
Stellaria, 1132. *m.* T. XIV.
Stiria, 39.
Striatula carbonaria, 199.
Strigillaria, 1558. T. XVII.
Strigosula, 539.
Sulcatula rostrata, 1561. T. XVII.
Sutularia, 1351. T. XVI.
Syringium, 1765.

T.

Talcum, 89.
Tellinites, 799. T. IX. 802.
Terebratula, 827. T. X. 830. T. XI. 829.
Testularia, 1583.
Trichites, 1748.
Trichomanes minerale, 191. T. IV.
Tridentula, 1280.
Trigonella, 811. T. VIII. 816. T. IX. 826.
Trinucleum, Epist. 1.
Trochitellus, 414.
Trochites, 386. T. VI. 400, 403.
Trochleare, 1200. T. XII.
Trocho-turbinites, 383. T. VI.
Trochilus, 1383.
Tubularia, 1221, 1228. T. XIV. 1234.
Turbinitæ Trochlea interior, 381.
Turbinites, 339. T. VII. *n.* 341, 359.
Turbinulus foss. 371.

V.

Variatula, 1077.
Vermicularia, 1213.
Vertebrella, 1569. T. XVIII.
Verticillus, 416.
Umbonellus, 1762.
Undulago, 159.
Volgiolum, 1747.
Volvola, 1162. T. XIII. 1163, 1164.
Urinæ glaciatæ figuræ, Epist. 5.

FINIS.


84.6.
26
84
1
50
82
34
29
6
15
83

Q.

Quadrella, 908. T. XI.
Quæstiones variæ circa Marina fossilia, & stirpes Minerales, Epist. 5.
Quinque-valvula, 909.

R.

Radiatula, 158. T. II.
Radiolus, 998. T. XII. 1002, 1008, 1031, 1041, 1045.
Radius, 1505. T. XIV. 1505, 1506.
Radularia, 1176. T. II. 176.
Rhombiscus, 1421.
Ricinus, 1493. T. XVI. 1497.
Rostrago, 1318. T. XV. 1320.
Rubeola mineralis, 202. T. V.
Rugatula, 739.
Rugosula, 723.
Rutellum, 1352. T. XVI.

S.

Sacculus, 870. T. X. 871, 873.
Salinarium, 1627.
Saponella, 1587.
Scalpellus, 1437, 1356.
Scaphula, 1095. T. XII.
Scapularia, 1529.
Scopula, 1594. T. XVII.
Scutulum, 1598. T. XVIII.
Selenites, 75. T. I. 82, 83, 84.
Serratulum falcatum, 538.
Serrella, 1275. T. XV. 1276, 1277.
Serrula, 1246. T. XIV.
Sessibulum, 1554.
Siliquastrum, 1440. T. XVI. 1445, 1448, 1449.
Silo, 1476.
Siphunculus, 1201. T. XIV.
Solearia, 1526. T. XVII. T. XVIII. 1528.
Solenites, 898.
Stalagmites, 39, 42, &c. T. I. 50. T. II. 48, 56, 64.
Stellaria, 1132. *m.* T. XIV.
Stiria, 39.
Striatula carbonaria, 199.
Strigillaria, 1558. T. XVII.
Strigosula, 539.
Sulcatula rostrata, 1561. T. XVII.
Sutularia, 1351. T. XVI.
Syringium, 1765.

T.

Talcum, 89.
Tellinites, 799. T. IX. 802.
Terebratula, 827. T. X. 830. T. XI. 829.
Testularia, 1583.
Trichites, 1748.
Trichomanes minerale, 191. T. IV.
Tridentula, 1280.
Trigonella, 811. T. VIII. 816. T. IX. 826.
Trinucleum, Epist. 1.
Trochitellus, 414.
Trochites, 386. T. VI. 400, 403.
Trochleare, 1200. T. XII.
Trocho-turbinites, 383. T. VI.
Trochilus, 1383.
Tubularia, 1221, 1228. T. XIV. 1234.
Turbinitæ Trochlea interior, 381.
Turbinites, 339. T. VII. *n.* 341, 359.
Turbinulus foss. 371.

V.

Variatula, 1077.
Vermicularia, 1213.
Vertebrella, 1569. T. XVIII.
Verticillus, 416.
Umbonellus, 1762.
Undulago, 159.
Volgiolum, 1747.
Volvola, 1162. T. XIII. 1163, 1164.
Urinæ glaciatæ figuræ, Epist. 5.

FINIS.

84.6.
26
84
1
50
82
34
29
6
15
83

CL. I. Lap. Crystallini. CL. II. Corallini.




151
98
151
121
233
167
235
234
99
92
94


151
98
151
121
233
167
235
234
99
92
94


188
189
v. p. III.
a
197
b.
c.
d.
186.
191

CL. III. Lithophyta.

184. 6



201.



202.

211

211

184. a

190



CL. IV. Turbinata.



CL. IV. Turbinata.



CL. IV. Turbinata. CL. V. Bivalvia.

337

816

297



708

436



768



CL. V. Bivalvia.



CL. V. Bivalvia.




829
907
908
439

CL. VI. Crustacea punctulata &c.




1153
1160
971
1181
1194
1113
1170
1109
979
1112
1106
1100
1163
1164
1164
1129
1141



CL. VI. Crust-Punct. CL. VII. Tubulosa. CL. VIII. Malacostraca.



CL. IX. Ichthyodontes Cuspidati.



CL. IX. Ichthyodontes Cuspidati. CL. X. Ichth: Scutellati.



CL. XI. Xylostea.




1519
1522
1598
1656
1528
1595
1546
1551
1595
1569
1628
1611
1628


1605
1610
1612
1665

CL. XII. Ichthyospondyli.

1607

1608



1606

1658




1620
1627
1675
1627
1740
1746. b.
1746
1745
1745
1702
1754

Tab. 22.



Lithostrotion *sive* Basaltes *minimus striatus et stellatus*.

Vide Epistol 5. ad D. Tancred Robinson



Trinucleum